




Locus de Verbo Dei scripto, adversus humanas Traditiones, Theologicè & Scholasticè tractatus. : Vbi agitur de vera methodo Theologicè simul, et Scholasticè disputandi.

<https://hdl.handle.net/1874/454597>



Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell
Huybert van Buchell (1513-1599)

Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:
<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:

- de rug van het boek
 - de kopsnede
 - de frontsnede
 - de staartsnede
 - het achterplat

This book is part of the Van Buchell Collection
Huybert van Buchell (1513-1599)


More information on this collection is available at:
<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board


E. & C. Co.

218









10. 11. 12.

13. 14.

15. 16. 17.

18. 19. 20.

21.

22. 23. 24.

25. 26. 27.

28. 29. 30.

31. 32. 33.

34. 35. 36.

37. 38. 39.

40. 41. 42.

43. 44. 45.

46. 47. 48.

49. 50. 51.

52. 53. 54.

55. 56. 57.

58. 59. 60.

61. 62. 63.

64. 65. 66.

67. 68. 69.

70. 71. 72.

73. 74. 75.

76. 77. 78.

79. 80. 81.

82. 83. 84.

85. 86. 87.

88. 89. 90.

91. 92. 93.

94. 95. 96.

97. 98. 99.

100. 101. 102.

103. 104. 105.

106. 107. 108.

109. 110. 111.

112. 113. 114.

115. 116. 117.

118. 119. 120.

121. 122. 123.

124. 125. 126.

127. 128. 129.

130. 131. 132.

133. 134. 135.

136. 137. 138.

139. 140. 141.

142. 143. 144.

145. 146. 147.

148. 149. 150.

151. 152. 153.

154. 155. 156.

157. 158. 159.

160. 161. 162.

163. 164. 165.

166. 167. 168.

169. 170. 171.

172. 173. 174.

175. 176. 177.

178. 179. 180.

181. 182. 183.

184. 185. 186.

187. 188. 189.

190. 191. 192.

193. 194. 195.

196. 197. 198.

199. 200. 201.

202. 203. 204.

205. 206. 207.

208. 209. 210.

211. 212. 213.

214. 215. 216.

217. 218. 219.

220. 221. 222.

223. 224. 225.

226. 227. 228.

229. 230. 231.

232. 233. 234.

235. 236. 237.

238. 239. 240.

241. 242. 243.

244. 245. 246.

247. 248. 249.

250. 251. 252.

253. 254. 255.

256. 257. 258.

259. 260. 261.

262. 263. 264.

265. 266. 267.

268. 269. 270.

271. 272. 273.

274. 275. 276.

277. 278. 279.

280. 281. 282.

283. 284. 285.

286. 287. 288.

289. 290. 291.

292. 293. 294.

295. 296. 297.

298. 299. 300.

301. 302. 303.

304. 305. 306.

307. 308. 309.

310. 311. 312.

313. 314. 315.

316. 317. 318.

319. 320. 321.

322. 323. 324.

325. 326. 327.

328. 329. 330.

331. 332. 333.

334. 335. 336.

337. 338. 339.

340. 341. 342.

343. 344. 345.

346. 347. 348.

349. 350. 351.

352. 353. 354.

355. 356. 357.

358. 359. 360.

361. 362. 363.

364. 365. 366.

367. 368. 369.

370. 371. 372.

373. 374. 375.

376. 377. 378.

379. 380. 381.

382. 383. 384.

385. 386. 387.

388. 389. 390.

391. 392. 393.

394. 395. 396.

397. 398. 399.

400. 401. 402.

403. 404. 405.

406. 407. 408.

409. 410. 411.

412. 413. 414.

415. 416. 417.

418. 419. 420.

421. 422. 423.

424. 425. 426.

427. 428. 429.

430. 431. 432.

433. 434. 435.

436. 437. 438.

439. 440. 441.

442. 443. 444.

445. 446. 447.

448. 449. 450.

451. 452. 453.

454. 455. 456.

457. 458. 459.

460. 461. 462.

463. 464. 465.

466. 467. 468.

469. 470. 471.

472. 473. 474.

475. 476. 477.

478. 479. 480.

481. 482. 483.

484. 485. 486.

487. 488. 489.

490. 491. 492.

493. 494. 495.

496. 497. 498.

499. 500. 501.

502. 503. 504.

505. 506. 507.

508. 509. 510.

511. 512. 513.

514. 515. 516.

517. 518. 519.

520. 521. 522.

523. 524. 525.

526. 527. 528.

529. 530. 531.

532. 533. 534.

535. 536. 537.

538. 539. 540.

541. 542. 543.

544. 545. 546.

547. 548. 549.

550. 551. 552.

553. 554. 555.

556. 557. 558.

559. 560. 561.

562. 563. 564.

565. 566. 567.

568. 569. 570.

571. 572. 573.

574. 575. 576.

577. 578. 579.

580. 581. 582.

583. 584. 585.

586. 587. 588.

589. 590. 591.

592. 593. 594.

595. 596. 597.

598. 599. 600.

601. 602. 603.

604. 605. 606.

607. 608. 609.

610. 611. 612.

613. 614. 615.

616. 617. 618.

619. 620. 621.

622. 623. 624.

625. 626. 627.

628. 629. 630.

631. 632. 633.

634. 635. 636.

637. 638. 639.

640. 641. 642.

643. 644. 645.

646. 647. 648.

649. 650. 651.

652. 653. 654.

655. 656. 657.

658. 659. 660.

661. 662. 663.

664. 665. 666.

667. 668. 669.

670. 671. 672.

673. 674. 675.

676. 677. 678.

679. 680. 681.

682. 683. 684.

685. 686. 687.

688. 689. 690.

691. 692. 693.

694. 695. 696.

697. 698. 699.

700. 701. 702.

703. 704. 705.

706. 707. 708.

709. 710. 711.

712. 713. 714.

715. 716. 717.

718. 719. 720.

721. 722. 723.

724. 725. 726.

727. 728. 729.

730. 731. 732.

733. 734. 735.

736. 737. 738.

739. 740. 741.

742. 743. 744.

745. 746. 747.

748. 749. 750.

751. 752. 753.

754. 755. 756.

757. 758. 759.

760. 761. 762.

763. 764. 765.

766. 767. 768.

769. 770. 771.

772. 773. 774.

775. 776. 777.

778. 779. 779.

780. 781. 782.

783. 784. 785.

786. 787. 788.

789. 790. 791.

792. 793. 794.

795. 796. 797.

798. 799. 800.

801. 802. 803.

804. 805. 806.

807. 808. 809.

810. 811. 812.

813. 814. 815.

816. 817. 818.

819. 820. 821.


822. 823. 824.


825. 826. 827.

828. 829. 829.

830. 831. 832.

833. 834. 835.





9. 2. 1.

N. 12. B.



LOCVS
DE VERBO
DEI SCRIPTO,
ADVERSUS HUMA-
nas Traditiones,
Theologicè & Scholasticè
tractatus.

Vbi agitur de vera methodo
Theologicè simul, & Scho-
lasticè disputandi.

Auctore A. Sadeele.



MORGIS,
Venundatur in officina Typo-
graphicâ Io. le Preux, Illust.
D. Bern. Typog.

1580.



Ex dono. Dr. C.



卷之三

三

卷之三

卷之三



FIDELIBUS GHI-

STI SERVIS, PIETATE ET
doctrina præstantissimis, Pastoribus & Do-
ctoribus Gallicarum Ecclesiarum, que pu-
ram Euangeli doctrinam profitentur, Sym-
mictis ac fratribus suis plurimum obser-
uandis, Antonius Sadeel gratiam & pacem à
Domino precatur.

VEROS Ecclesiæ Pasto- In Psal.
res, Chrysostomus dice- 43.
bat tubis illis esse simi- Ios.6.
les, quarum clangore mu-
ri Iericho corruerūt. Quā
sententiam, ut vobis etiam accommo-
dem, fratres obseruandi, facit vestrā in
obeundo sancto munere, ad quod vo-
cati estis, sedulitas: & maximi labores
non sine fructu maximo iampridem à
vobis exantlati. Quanuis enim Eccle-
siæ Romanæ doctrina, si usquam alibi,
certè plurimum in Gallia viguerit,
multis hominum propugnaculis, ceu
murus altissimis circumuallata: vestro

EPISTOLA.

tamen sanctissimo illo clangore, & Euangelicis prædicationibus tandem effectum est, ut euersis Pontificiæ doctrinæ firmamentis, tanquam muris dirutis, Ecclesiæ Romanæ corruptelæ, abusus, errorēsque iam omnium oculis pateant. Ex quo fit ut quum nostra hæc tempora cum priscis Israelitarum temporibus comparo, non possim satis accusare somnolētam huius ætatis ignorantiam, præ veterum Israelitarum alacritate : qui simulatque viderunt collapsa Iericho mœnia, urbem ipsam cœlestigio expugnarunt : at huius ætatis plerique homines, licet Pontificios errores iampridem patefactos animaduertant, attamen tantum abest ut illos expugnēt, ut etiam suo præsidio, quantum in ipsis est, communiant. Vobis autem tot iam ærumnas, molestias, dolorēsque perpessis, ecce, noui quotidiani labores emergunt, summa animi constantia, & inuicta fortitudine superandi. Nam, ut varia ac propè infinita alia incommoda prætermittam, video vos duabus certaminum generibus potissimum exerceri. Vnum est, quod noui quoti-

EPISTOLA.

quotidie calumniatores apponuntur,
 (nempe aduersus veritatis Ministros,
 ministri mendacij comparati) qui li-
 bellis editis, piorum Ecclesiæ Paſto-
 rum innocentiam, horrendis menda-
 ciis, & impudentiſſimis calumniis ex-
 agitant. In istorum numero, ſunt e-
 tiam nonnulli, quos ætus perſecutio-
 nis abſorpsit, qui quum fuerint ad Pon-
 tificios errores, quaſi tempeſtate dela-
 ti, ad eos tanquam ad ſaxum, obſtina-
 tis animis, adhæreſcunt: atque, quod
 magis dolendum **eft**, Pontificiorum
 gratiam & fauorem mendicantes, nul-
 lum nec maledicendi, nec malè ſcri-
 bendi finem faciunt. Hoc certaminis
 genere vos pulcherrime, meo quidem
 iudicio, defungemini, non certādo: ni-
 mirum huius Dauidicæ ſententiæ me-
 mores, tādem fore, ut calumniatorum
 lingua in ipsos calumniatores recidat:
 ita enim vſuuenit, ut maledici ſuo ſe-
 telo ipſi confodian, & ſalua maneat
 probis hominibus ſua integritas à ca-
 lumniatorum mendaciis vindicata. Re-
 ſtat alterum certaminis genus, in quod
 ſeriò & diligenter [ſat ſcio] incumben-

* .iij.

Pſal. 54.

EPISTOLA.

dum esse existimatis , atque etiam in-
cumbitis. Nā paucis abhinc annis ex-
titere quidam homines, qui artibus &
liberalioribus disciplinis, ac prae/ertim
ea scientia, quæ ad veri disquisitionem
comparata est , ad Pontificios errores
confirmandos abutuntur : utque faci-
lius fucum faciant , ipsum θόπον παυ-
δείας in Sophisticum quendam , at-
que εἰσικών disputandi modum , con-
uertunt. Huiusmodi sunt imprimis
Pseudonymi (sic enim illos Monachos
appello, qui sacrosanctum Iesu nomen
perperam, nec sine blasphemia, suæ se-
ctæ inscribunt) qui florentissimas olim
Academias proximis hisce annis oc-
cuparunt , ac iam soli totas propemo-
dum possidēt , mirabile quoddam cru-
ditionis genus præ se ferentes , atque
imprimis , rectè ac peritè disputandi
scientiam, sibi vendicantes. Horum
conatibus quum videam vos fortissi-
mè obsistere, æquum esse existimauit a-
liquid etiam pro mea virili in medium
proferre , & quem à vobis nulla vis,
nulla tempestas , nulla denique loco-
rum interualla diuellere potuerunt,
cum

EPISTOLA.

eum vobis in hac etiam pugna , & in
hoc sanctissimo labore socium adiun-
gi. Porro eam disputandi methodum,
mihi sequēdam proposui, quæ accom-
modatior viſa est, vt Theologica, ac
propterea verē Analytica disputatio:
non ſolū ab ἀπαρτητοῖς ratiocina-
tionibus & Sophisticis fallaciis, ſed e-
tiam à Topicis ac Rhetoricis exercita-
tionibus diſtingueretur: ipsāmque me-
thodum, quo ad eius fieri potuit, hau-
rire malui ex puriſsimis veterum fon-
tibus, quām turbidos eorum riuulos
conſectari, qui noſtra memoria no-
uum quendam diſſerendi modum ex-
cogitarunt. Hac tamen de re tum ve-
ſtrum, tum reliquorū doctiſſimorum
Theologorum iudicium expeſto, cui
meam ſententiam, mēque adeò totum
libenter ſubiicio.

Quanquam autem hanc diſputan-
di rationem nunc ſequutus ſum, no-
lim tamen propterea aliiquid deroga-
tum copioſis diſſuſisque tractationi-
bus. Nam (vt quendam ex veteribus
dicere ſolitum accepimus) quemad-
modum eadem manus & aperiri po-

EPISTOLA.

rest, & rursus compressis digitis in pugnum contrahi: ita res eadem & continua oratione copiosè, & Syllogisticis angustiis coarctata subtilius ac pressius tractari potest. Maneat igitur suus honor ijs tractationibus, quæ latius & vberiori stylo conscriptæ sunt, modò ad confirmandā veritatem adhibeantur.

Plut. in Cic. *τὸ δίκαιον ἀντιτίθεται ὁρθῶς λέγοντας*, & Augustino

De doct. Christ. 13.c.14. meritò vīla est eloquentia tantò terribilior, quantò purior. Nihilominus, quum res postulabit, amplectamur ceteram cōtractum hoc differendi genus, quod permagnum habet usum, quoties accurate veritatem disquirimus, dum impedit ne verisimilia pro veris sectantes, captiosa probabilitate fallamur. Quæ cùm ita sint, quæri potest.

De nat. deor. 1.2. quamobrem summus ille Orator, fulsam latius orationem cum subtili & scholastica disputatione comparans, & plus æquo fortassis arti sue blandiens: Ut profluens amnis, (dicat) aut vix, aut nullo modo; conclusa autem aqua facile corrumpitur: sic oratio-

nis

EPISTOLA.

nis flumine reprehensoris vitia diluntur , angustia autem conclusæ orationis, non facile se ipsa tutatur. Hac ille: quæ ut fateor quadrare posse, tum in laqueos sophisticos , tum in probabiles dialecticorum disputationes : ita veris & analyticis syllogismis pernengo conuenire. Nam, (ne à proposita similitudine recedamus) quemadmodum torrens , dum extra ripas longè latèque diffluit , tum multa cuiusque modi, atque etiam impurissima colligit , quæ tandiu latent dum aquis inundantibus obteguntur : ita sèpè magnos errores, quos rapida vicit & occultat oratio , analyticæ disputationes statim detegunt , quum , sublata orationis copia , res ipsas nudas apertaque contemplantur. Sed de hac refusiùs egimus in Præfatione. Cæterū propono disputationem, de verbo Dei scripto , quæ ut primaria est, ita debet esse Theologicarum omnium disputationum fundamentum . Reliquæ vero disputationes, ut De vera Christi humana natura, De præsentia corporis Christi in Cœna , De legitima pa-

EPISTOLA.

storum vocatione & ordinatione (de qua nos aliquid ante duos annos scripsimus aduersus Turrianum Pseudonymum, rem ipsam copiosius tractaturi, postquam nouum dederit scribendi argumentum) De libero arbitrio, De Purgatorio, & consimiles, huic substratae disputationi, adiici poterunt. Atque hoc quidē factum iri à vobis confido, vel ex hac methodo quam sequitur sum, vel ex ea quām vos ipsi meliorem iudicabitis.

Quamobrem peto à Pōtificiis, præsertim ab iis qui sibi disputationi scientiam imprimis arrogant, ut eā ex scho læ umbraculis in solem atque puluerem, adeoque in ipsam aciem perducant, & omni simultate deposita, conuictisque omnibus valere iussis, moderate, pacatique animis nostram hanc tractationem executiant: atque in eundem disputationis orbem nobiscum ingressi, notent, quid reprehēdendum existimarint, argumenta nostra soluant, & vicissim suam sentētiā confirmare conentur, planis atque perspicuis syllogismis; sic enim futurum spe-

EPISTOLA.

ro, vt collatis vtrorūmque sententiis,
Deo fauente, lux ipsa veritatis oboria
tur, à cæcis propemodum ipsis conspi-
ciēda. Faceſſant igitur dentatæ char-
tæ ac repletæ conuitiis, autorūmque
ſuorum maculis inquinatæ : faceſſant
turbulentæ cōciones, nihil aliud quām
gladios & flamas ſpirantes : adſit
mansuetudo, vigeat tranquillitas, re-
gnet veritatis amor & ſtudium: & qui
Catholicorū nomen ſplendidum tan-
topere affectant, toties inculcant &
tanto oris hiatu pronuntiant, memi-
nerint quod aliquando ab Augustino
ſcriptum eſt: Eccleſiam Catholicam De mor.
docere, Charitatē omnibus, & nulli
deberi iniuriā. Quōd ſi qui fint, qui
præfracte, obſtinatīſque animis per-
gant famosos & ſycophanticos libel-
los ſcribere, & ſiqui adeò hominēm
exuerint, vt caninis latratibus verita-
ti obſistere, quām veritatē amplecti
malint (quōd inter alios facere audio
imprimis vnum, in quo miserrimo
ſummum extat diuini iudicij exem-
plum, cūm propter alia ſcelera, tum
ob ſiuſ fœdam δπος ασταν ab Euange-

Ecclef.
Cath. I. I.
c. 30.

EPISTOLA.

lica doctrina, quam aliquando profes-
sus est) ego illis hominibus opto me-
liorem mentem: atque hoc meum vo-
tum oppono ipsorum petulantiae ac
maledicentiae: nihil aliud ad eiusmodi
libellos responsurus, quos scio, vel vna
patientiae litura, posse totos facillime
deleri. Nam, quod ad me attinet, pro-
fiteor me scripta illa in quibus teturum
virus acerbatis suæ tantummodo e-
tuomunt, ne lecturum quidem: quippe
qui constituerim differere, non con-
uiciari: nec maledictis certare, sed ar-
gumentis. Vos autem, fratres obser-
uandi, (liceat enim mihi cohortatio-
nem hanc Apostolicam vobis accom-
modare) decertate præclarum certa-
men fidei, apprehendite vitam æter-
nam, cuius causa & vocati estis & iam-
pridem præclarum confessionem pro-
fessi coram multis testibus: atque ma-
ledicos istos nihil morati, indefesso
studio, summa constantia, inuicta pa-
tientia, spatium vobis propositum de-
currite, & Euangelicæ doctrinæ veri-
tate, ea qua cœpistis, hoc est maxima,
diligentia & integritas aduersus hu-
manos


EPISTOLA.


manos errores propugnare pergit: vt
laborum vestrorum curriculo fortis-
simè peracto , posteris ipsis & purita-
tem doctrinæ,& verum Ecclesia-
sticæ disciplinæ usum trade-
re possitis. Ex Musæo
nostro. 23. Febr. an-
no salutis.

1580.



Si ergo utrumque sacerdotem et diaconi
sicut plenaria missa dicitur quoniam
est illa missa sacerdotis, etiamque hanc
missam sacerdotem dicitur quia sacerdotis
missa est. Et sacerdotis missa dicitur
quoniam sacerdos missam habet. Et
sacerdotis missa dicitur quoniam sacerdos
missam habet.







LOCVS
DE VERBO
DEI SCRIPTO, AD-
VERSUS HUMANAS
Traditiones,

Theologicè & Scholasticè tractatus.

Vbi agitur de vera methodo Theologicè simul
& Scholasticè disputandi.

PRAEFATIO.

SCRIPTVRAM sacram esse ad 2.Tim.3.
doctrinā & ad redargutionem
utilem Apostolus affirmauit: ni-
mirum declarans homines esse
non docendos tantum, sed sāpe etiam re-
darguendos. Certè constat ad cō corruptos *Ecclesia-*
esse homines, vt non modò in ignoratione *stes debet*
veritatis tanquam in crassa quadam caligi-
docere &
ne versentur, sed etiam plerique veritatis i-
redargue-
psiū lucem oderint atque refugiāt. Quan-
quam autem vtrunque dolendum est, me-
liùs tamen cum iis agitur, qui ita ignorant,
vt scire velint, quām cum aliis quos sua de-
lectat cecitas atque ignorantia: quandoqui-
dem longè tolerabilius est nescire, quām

A.j.

nolle scire. Ex quo factum est ut, quia Pasto
ribus ac Doctoribus Ecclesiæ, res esse soler-
cum illis duobus hominum generibus, A-
postolus eos iubeat esse tenaces fidelis ser-
monis, ut possint tum exhortari per do-
ctrinam sanam, tum contradicentes conuin-
cere. Ac de his duabus veri Ecclesiastæ par-
tibus cum Augustinus dissereret, easque
Ench. ad inter se compararet, Facile est, inquit, ut
Laur. dicatur quid credendum, quid speran-
„ dum, quid amandum sit. Sed quemad-
„ modum aduersus eorum qui diuersa sen-
„ tiunt calumnias defendatur operosioris v-
„ beriorisque doctrinæ est. Hæc Augusti-
nus, quæ quam vera sint iampridem expe-
rientialia comprobauit. Quantas enim mole-
stias piis maioribus veteres hæretici exhi-
buerint, illi præsertim qui in Sophistica &
iερωνη palæstra erant exercitati, facile licet
Ad redar ex doctissimis Orthodoxorum scriptis col-
guendum ligere: in quam disputationis aciem quo-
non pa-
rū iuuat
περὶ πολέμου
παραδέουσι.
In laud.
Basil. quot ex nostris veniebant paratores ut
pote armis τῷ πόνῳ παραδέουσι instructi, illi pa-
tēfacto veritatis lumine, fumos illos So-
phisticos nullo negotio dissipabant. In-
ter quos Nazianzenus videtur palmam da-
re Basilio, quod preter cæteros excelleret in
ratiocinādi & recte differendi sciētia, quod
etiam de Greg. Nysseno affirmare possu-
Epist. 151. mus. Augustinus autem (qui, ut eius verbis
vtar, Ratiocinationi tanquā vnicæ suæ blan-
diri

diri solebat, & ea fese oblectare) ingenuè Contr.
 profitetur ad dissoluenda hæreticorum so- Acad. l.3.
 phismata, artem hanc magnum sibi adiu- cap. 13.
 mentum attulisse. Et longè ante Augusti- Derefurr.
 num Tertullianus in iis scriptis in quibus car.
 fœliciter cum hæreticis dimicauit, non dif-
 fitetur se ab aduersariis ad philosophandū.
 fuisse prouocatum. Quæ quidem à nobis Refellun-
 eò dicta sunt quod plerisque videamus, se- tur qui re
 fse huic disciplinæ alioquin utilissimæ præ- ètè diffe-
 bere iniquiores, quasi cam Paulus ex Theo- rendi sci-
 logiæ finibus exterminarit, cùm vctat ne tñōn
 quis nos per Philosophiam deprædetur: at- wāyðāus
 que hoc multa congerunt ex veterum Do- à Theolo-
 ëtorum scriptis, quæ in tñōn wāyðāus, ipsam- gie fini-
 que rectè disputandi scientiam, quadrare e- bus arcere
 xistimant.' Itaque nunc libenter audiunt Col. 2.
 Nazianzenum Dialecticos cum Moabitis & Aduers.
 Ammonitis comparantem: nunc, post Ba- 150.
 filium, Dialecticam bellatricem appellanti: nunc denique cùm Tertulliano ex- Episcop.
 clamant miserum esse Aristorelem qui hæ- In cap. 2.
 reticis Dialecticam instituerit, struendi & Efa.
 destruendi artificem versipellem: quibus De præ-
 quidem hominibus ego paucis ita satisfa- scri. hær.
 ctum velim: Apostolum non ipsam rectè
 ac verè differendi scientiam improbare,
 quæ à certis, propriis & necessariis prin-
 cipiis arcessit ipsius veritatis cognitionem:
 sed potius vanum fallendi artificium, & la-
 queos illos sophisticos & ànumlungos, quos

A.ij.

nectere solebant hæretici, vt ita pios atque Orthodoxos deciperent: quod ita ei non solùm ipsa contextus Apostolici series, sed etiam vocabulum *anāms* à Paulo usurpatum manifestè declarat. Iam cùm imprimis eò speget *τρόπος πονηρίας* vt Sophistarum præstigias fallaciásque discutiat, error res redarguat, mendacia expellat atque veritatis lucem animorum oculis intuendam proponat: ecquis vñquam meritò existimauerit, præclaram hanc disciplinam fuisse ab Apostolo reiectam? Quí enim fieri potest, vt qui se Sophisticis fallaciis inimicūm esse profitetur, non idem amet scientiam rectè differendi, nugis illis Sophisticis omnino contrariam, & ad id comparatam, vt eius ope atque ductu captionum insidias faciliùs declinemus? Ut enim qui tenebras oderit, eum lucis splédoire delectari neceſſe est: ita qui inanes argumentorum decepciones excludit ab Ecclesia, is profectò videri debet veris ac solidis argumētis locum in Ecclesia reliquisse, quibus vanæ illæ vanorum hominum deceptions & redargui facilè, & vitari possint. Nisi forte censemus medendi scientiam esse reiiciendam, quòd homines doceat ea dignoscere quæ sunt exitiosa, vt ab his abstineant, & ea tantummodo sectentur, quæ videbunt ad vitâ ac valetudinem tuendam pertinere. Quam obrem dixerit sanè, & præclarè dixerit Nazianze-

zianzenus (est enim aliquid ad superiores
 obiectiones respondendum) Sophistas esse
 Moabitarum & Ammonitarū similes, qui
 à Dei templo arcebātur, modò simulagno-
 scamus, rectè ratiocinandi præcepta non
 cum Moabitis & Ammonitis, sed potius
 cum Tyriis illis & Sidoniis esse comparan-
 da, quorum opera ad templum domini ex-
 ædificandum Solomonem vsum fuisse me-
 moriæ proditum est. Laudetur etiam Basilius,
 quòd Sophisticen dixerit esse bellatri-
 cem: dummodo eò magis amemus vera il-
 la arma, quibus nos ~~τέπος παρδίσιος~~ instruit ad
 veritatem propugnandam. Denique liben-
 ter, si placet, audiatur exclamans Tertullia-
 nus aduersus eam quam vocat struendi &
 destruendi versipellem artificem: nimirum
 illam artem ~~πηκτήνη~~, quæ probabilia tantùm
 conjectans, nusquam pedem figit. At nos
 interea disciplinam ~~εναλυτικήν~~ honorifice ap-
 pellemus, quæ necessaria à probabilitib⁹ di-
 scernens, ita vera struit, ac falsa destruit, ut
 semper maneat sui similis, quippe subnixa
 constantissimo veritatis firmamento. At
 que hanc quoque fuisse veterum sententiā ^{theologi}
 de Doctrina rectè differendi, facilè nobis ^{rectè dis-}
 assentietur, quisquis veteres ipsos diligenter ^{serēdi sci-}
 attenderit. Quid enim ille ipse Nazian- ^{entia lan-}
 zenus quem isti nobis obiiciunt? Veritas, ^{Ad. 150.}
 inquit, logicis disputationibus trita in lucē ^{Episcop.}
 profertur. Quid porrò Basilius? vera Diale- ^{In 5. cap.}
 gīa.

A.ij.

„ & ticae virtus est naturas rerum distinctè di-
 „ uidere, quæ sunt affinia dignoscere, & dis-
 Contra cernere contraria. Augustinus autem
 Acad.lib. verum usum τέταρτον παρόδου à Sophistarum
 3. abuso discernens, Si Dialectica, inquit, est
 „ scientia veritatis, sic illam nouit sapiens,
 „ ut Sophistarum calumnias contemnendo
 „ enecet. Sed nihil est præclarius hoc eiusdem
 De ord. Augustini testimonio: Dialectica, inquit,
 lib.2. c. est disciplina disciplinarum quæ docet do-
 12. cere ac discere, quæ scit scire, & alios sci-
 „ tes facere. Hæc ille. Quæ quum ita sint,
 maneat sua laus huic præstantissimæ disci-
 plinæ, & affirmemus eos non satis rectè ra-
 tiocinari, qui hodie aduersus rectè ratioci-
 nandi scientiam insurgunt.

*De docto-
rum Scho-
lasticorum
scriptis ac
disputa-
tionibus.* Hic autē fortasse à nobis quærat aliquis,
 num hac nostra commendatione scripta
 quoque Scholasticorū Doctorum compre-
 hendamus, eorum præsertim qui iampridē
 ex Lombardi fontibus fluxerunt: & num
 ea existimemus ad veram illam disciplinam
 ἀναλογικὴν esse referenda. Evidem ut nolim
 de tot viris ferre sententiam (quorum la-
 boribus & industriæ per me licet suus ho-
 nos tribuatur.) ita non verebor quid de hac
 re sentiam liberè & ingenuè profiteri: sem-
 per tamen intra meæ tenuitatis cancellos
 me ipsum continens. Ioannes Duns, Scotus
 In 3. sent. dist.24. ille quem subtilem Doctorem vulgo appell-
 quæst.i. lant, ait alicubi Theologicos doctores tan-
 dem

dem Philosophiam cum Theologia maximo cum fructu miscuisse. Ego certè fateor miscuisse: atque etiam addo, confudisse, sed quum id magno cum fructu factū esse existimat, veniam dabit subtilis Doctor, si nō possum illi hac in re assentiri. Quum enim Scholastici doctores non veram illam & rationē differendi secuti sint (vt paulo post dicemus) sed propemodum tantum luserint probabilibus, & vt plurimum vanis atque ipsorum argumentis, non illi verum usum, sed abusum potius philosophiae mihi videntur in Ecclesiam inuexisse. Mihi inquam videntur Scholastici doctores Sophisticam illam meretriculam, vt honestae matronæ, sic Philosophiæ nomine & pigmentis exornatam in medium Ecclesiam, cum maximo ipsius Ecclesiæ damno, produxit. Atenim, inquires, nō sine magnis laboribus multisque vigiliis acutam illam disputandi scientiam sibi compararunt. Sit ita sanè: verumenimuerò cùm Scholasticos doctores in suis illis acutis disputationibus laborantes, sudantes, anhelantes video, mihi Troianorum in mentem venit, qui magno labore sed, ut plurimum, in utilles labores.

prodierint, qui quidem, custodibus Ecclesiæ, somno, desidia & infiditia iam pridem sepultis, Ecclesiam ipsam inuaserunt, corrumperunt, vastarunt, ita ut (liceat enim locum Esaiæ usurpare) nisi tum dominus nobis aliquot reliquias fecisset reliquas, profectò nullam iam Ecclesiam haberemus. Testis est Romana Ecclesia adeo deprauata, corruptaque, ut dum Ecclesiā in Ecclesia quaerimus, cogamur solos Ecclesiæ cineres non sine luctu & lacrymis intueri. Sed ne lugere h̄ic potius quā disputare velle videamur, ecce quod proponimus: Scholasticos & Quæstionarios doctores, nec veram Theologiciè differēdi rationem, nec verum ac legitimū errorē resp̄e cipit qui duntur in doctorum scholast. disputatio nibus.

*Aliquot errorē resp̄e cipit qui duntur in doctorum scholast. disputatio nibus. * Primus error quem videtur Scholastici in 1. Error. suis disputationib⁹ admittere, is est, quod Vide scōrum & a lios qui solent ex principiis logicis disputare, atque inde arcessere suas cōclusiones. Itaque proscriperūt positis quæstionibus, non Scripturæ locos, in libr. sen sed ut plurimū Axiomata logica & Maxi- tent. & in mas topicas, aut eo etiā aliquid minus, sub quæstioni bus quod sternunt: in eorūmque disputationib⁹ Scri libetariis, ptura muta est. Sæpe enim Philosophos, at &c. perrarò Apostolos appellant: & si quando veteres

veteres etiam Doctores adhibēt, tum illorum autoritatem cum Scripturæ autoritate confundunt, neque dubitant eorum scripta nomine Scripturæ significare. At nos de ^{Lomb. I.} Theologia ex principiis Theologicis dispu^{l. Sent.} tandem esse, ex ipsa Theologia didicimus, dist. 34. & & ita faciendū esse, vel ex ipso ^{τρόπῳ παγδέως} li. 2. sent. affirmamus, qui vetat ^{μεταβάνειν τούτον γάρ τον} dist. 9. & & vagari extra orbem illius scientiæ de qua differendum suscepérис. Porrò quum Theologia sit supra omnes scientias, eam subiici principiis philosophicis non ineptum modō, verum etiam iniquissimum est, atque indignissimum. Doctores autem Ecclesiasticos exæquare cum Prophetis & Apostolis, hoc verò est planè intolerandum. Quamobrem nemini, nisi sit ^{ἀθεόλογος}, dubium esse existimo, quin primus hic Scholasticorum error iure à nobis recenseatur.

Secundus error, hic est, quod de rebus ^{2. Error.} Theologicis in vtranque partem, ac topicè disputant ex probabilitibus argumētis, quod tamen contrā factum oportuit: primum ^{τρόπου παγδέως}: deinde ex ipsa Theologiæ natura. Nam topicæ in vtranque partem disputationes relinquuntur colloquijs & exercitationibus. Tractationes autem ^{ἰπτηματικοὶ} (cuiusmodi sūt imprimis Theologicæ) requirunt analyticas disputationes, quæ veris, certis, necessariis & ^{ἀπὸδειχνυγῆς} argumentis niti debent. Solent quidem philosophi de

scientiarum principiis in vtramque partem aliquando disputare, ut magis eluceat veritas: sed Theologi non disputat de suis principiis, quippe quae sunt per se ~~etiam~~ & extra omnem dubitationis aleam constituta. Deinde nihil est magis contrarium fidei quam dubitatio, & illa ~~in~~ Academica: quam doctissimis Augustini & aliorum veterum disputationibus iugulatam pridem & sepultam, nescio quomodo Scholastici, certe non satis fauste, ab inferis excitarunt. Scit enim Hieronymus Iouiniano exprobabat, quod de quaestione Theologica ~~etiam~~ inquit, non ~~disputaret~~ scilicet longe grauiora dicturus in istos, qui non aliter de rebus grauissimis disputare consueuerunt. Quinetiam saepe illis accedit, ut multis ac variis argumentorum fluctibus, modo in hanc, modo in illam partem iactati, nesciant quem se tandem in portum recipiant: adeo ut Scotus ille subtilis, & plerique alij, rem dubiam ac minimè definitam in medio relinquentes, permittant lectoribus in vtram velint sententiam discedere: si in hanc, inquit, ita respondeto contrariis argumentis: Sin mauis in illam, ecce tibi quod rursus ad contraria argumenta respondeas. Quid quod multis obiectionib⁹ propositis, saepe subsistunt, & Quere, inquit, solutionem? Item, Qui potest respondeat. obsecro, hoccine est Theologicè disputare?

Contr.
Acade.

Apolog.
aduers.
Iouinia.

vbi

vbi imprimis fidei *πληροφορία* requiritur: an
verò analyticè? vbi iubent Philosophi res i-
psas (vtendum est enim corum verbis) ès à-
μετακινητή ποίησις, & eas in veritatis firmissi-
mo gradu collocare.

Tertius error hic est, quod veritatem ob- 3. Error.
scurant suis argutiis, nedum illustrent. Nam
quæ sunt difficultia, reddunt ipsi spinosis &
contortis quæstionibus difficiliora: quæ ve-
rò per se facilia sunt & perspicua, illi obscu-
ris quæstionum inuolucris obducunt, no-
dum, vt vulgò dicitur, in scirpo quærentes.
Ecquis est etiam (nisi qui planè ad eiusmo-
di obduruit) quin, vel audito tantùm hor-
rifico illo nouorum vocabulorum strepitu,
statim refugiat, & ea se desperet posse u-
nam animo percipere, quæ ne patiēti qui-
dem aure, capere potest? Quare quod alí-
quando dixit Augustinus, artem Sophisticā Cont. 4. Error.
esse cauernæ Caci persimilem, mihi videtur Acad. li-
egregiè in Scholasticos quadrare, qui dum bro 3.
peregrinis dogmatibus tanquam alienis di-
uiniis gloriātūr, adeò obscuritatem affectāt,
& latebras quærunt, vt quoties disputant,
non res ipsas aperire, sed operire potius, &
non tam hominis vocem, quam obscuros
quosdam mugitus, ex tenebris oīlis quæ-
stionum speluncis edere videantur.

Quartus deniq; hic est error, quod Scho- 4. Error.
lastici vel potius Quæstionarij Doctores te-
runt tempus in vanis & curiosis quæstioni-

bus, iisque non tam explicandis, quam implicandis, quas *κειμενα* Apostolus vult ab Ecclesiastico doctore cohiberi. Et paulò post, Stultas, inquit, & ineruditas quæstiones reiice, sciens eas gignere pugnas. Quod quām verū sit, manifestè patet ex ipsis Questionariis, quorum vix duos reperias, qui in unam eandemque sententiam conueniant. Sic plerunque videoas à Thoma Scotum, à Scoto Occamum, ab Occamo reliquos dissentire, ita ut vix possis in eorū scripta ingredi, quin statim in eiusmodi altercationes vestigium ponas. Verum enim uero illæ demum sunt tractationes Theologicæ, quæ fidem instruunt atque confirmant, suntque ad totius Ecclesiæ ædificationem & salutē Enchir. accommodatæ. Rectè enim monuit Augustinus ad Laur. c. 59. nihil opus esse ut ea cum discrimine definiantur, quæ sine discrimine nesciuntur.

Ex quibus omnibus satis intelligi potest, eam differendi rationem, quam scholastici Pôtificij secuti sunt, nihil, aut certè parum, habere commune cum Theologicis ac verè Scholasticis tractationibus. Quamobrem, ut gratiam aliquam incamus ab iis qui se *πολεμάς* aduersarios profitentur, huc sanè conuertant licet superiores illas reprehensiones, ac dicant, vanam Scholasticorū Philosophiam esse inanem deceptionem, bellatricem, struendi ac destruendi artificem versipellem, cum Ammonitis & Moabitis ab

ab Ecclesia repellendam. Hæc, inquam, dicāt, ac tum fatebor me nihil habere quam obrem meritò repugnem. Cæterū huius ætatis doctores Pontificij paulò aliam sibi rationem scribendi proposuerunt. Nec enim nudos Syllogismos contexunt, ut solebant illi, sed vtuntur continuis & prolixis declamationibus, præfertim aduersus eos, qui puram Euangelij doctrinam profitentur: qua in re libenter à Syllogismis abstinent. Quum enim conuitia, ut plurimum, euomant & flamas anhelent, non existimant satis commodè Syllogismis cū modo & figura facere se id posse: itaque in latiore orationis cāpum ingredi maluerūt.

Quum igitur ex iis quæ antè dicta sunt, satis manifestum esse arbitremur Scholasticorum Pontificiorū disputationes, nec verè Theologicas, nec esse ritè ex rebus mydæas regulis constitutas: operæ pretiū fuerit methodum aliquā proponere, qua & Theologicè & Scholasticè differere, & vt Augustini verba repetamus, Sophistarū calumnias enecare possimus, quod vtinam præstansissimi Theologi, simūlque in hac præclara sciētia exercitatissimi (quales hac ætate multos esse minimè dubitamus) in animum inducant facere, & nobis atque etiam postoris viam commonstrarare Theologicè simul & Scholasticè disputandi.

Nam si Augustinus humanarum discipli

*De doct.
Chr.l.z.*

saria.

*Metho-
dus Theo-*

logicè &

Scholasti-

cè dispu-

tandi ho-

die impri-

mis necef-

saria.

narum cognitionē p̄eclarē cōparauit cum
Ægyptiorū diuitiis, quas secum Israēlitæ ab-
stulerunt: certè dum hodie plorosque vide-
mus diuitiis illis peregrinisque ornamen-
tis, ad confundum erroris idolum abuti, æ-
quissimum fuerit piros ac doctros homines il-
las ipsas diuitias liberaliter impendere ad
constituendum Dei tabernaculum, & ad
veritatem ipsius aduersus humanos errores
propugnandam.

Ac tantisper dum illi qui & Theologiæ
studio & ~~reverentia mydæus~~ scientia excellunt, id
p̄estandum suscipiant ego in eorum ado-
lescentum gratiā, qui sunt Theologiæ can-
didati non dubitabo aliquid ea de re leui-
ter adumbrare, ut huic nostræ ~~παιδειαφια~~ &
crassioribus linea mētis viuos illi postea co-
lores addant.

Tracta-
tionem
Theolo-
gicarum
duo ge-
nera.

Duplicem esse statuo Theologicam trâ-
ctionem: vnam, plenam & vberiori sty-
lo compositam, quæ & rudes doceat, & tar-
dos excitet ad veritatis doctrinam ample-
ctendam: Alteram autem, accuratam
quidem sed contractam, & qæ sepositis
iis quæ ad commouendos animos adhi-
bentur, detractaque orationis veste, res
ipsas simpliciter & enucleatè nobis expli-
cet, atque argumenta nuda proponat: ita ut
ipsa rerum veritas oculis propemodū con-
spici & digitis attractari possit. Hęc fortas-
se minus erit iis grata, qui orationis splen-
dore

dore delectatur: sed certè non minus vtilis
iis omnibus qui vt simplicitatis amātes, ita
sunt veritatis studiosi. Quemadmodum e-
nim iucundior quidem est aspectus huma-
ni corporis, dum & carne vstitum, & san-
guine suffusum, & colore ipso venustū est;
si quando tamen ad anatomen deueniendū
est, tum partium singularum integritas &
totius corporis constitutio lōgē melius di-
gnoscitur: ita si quis serio & accuratē velit
diffusiores illas & venustiores tractationes *cōtracta*
expendere, earū inque *et rāvīnī* & tanquam a- *& Scho-*
natomen conficere, proculdubio facilē a- *lūstica tra-*
nimaduertet, sīntne omnibus numeris ab- *etatio est*
solutæ, an verò aliquid adhuc desideretur, *velut ana-*
&, vt morborū, ita errorum, si qui sīnt, fon- *tome fu-*
tes & causas, quasi digito, commonstrabit. *sioris &*
Itaque superior illa quidem tam doctorum *überioris*
quām indoctorū animos afficit: at hæc po-
sterior, cùm in solo *Διαννη* genere verset-
tur, magis cōuenit iis qui sunt exercitatio-
res, qui que non conturbantur flumine ina-
nium verborum, si sit rerum ipsarum siccitas:
quandoquidem oratio sine ratione, ne
oratio quidem existimanda est. Illam dis-
serendi rationēm Augustinus, Cyprianus, Hi-
larius, Hieronymus & plerique alij veteres
doctissimi vt plurimū secuti sunt: hanc
Scholastici doctores videntur quidem sibi
proposuisse, sed quo successu, paulò antē à
nobis fuit expositum. In vtraque autem tra-

Etatione videtur imprimis esse obseruan-
dum, ut, quum agitur de doctrina aſſerēda,
omnia argumenta ſint neceſſaria, & apodi-
ctica: quippe quæ nitantur veris Theologie
principiis & fundamen‐tis. Atque impri-
mis cauendum eſt, ne probabilia pro neceſ-
ſariis, aliena pro conſentaneis, falſa pro ve-
ris vſurpemus.

Quod quidem ſæpè accidit nimia diſſu-
ſe orationis licentia, qua veritatis aduersa-
rij ſæpe abutuntur, ut ſub orationis vefte
commodius latitēt, & cum multa dixerint,
vera quoque dixiſſe videantur. Huic malo
remedium erit accōmodatissimum, ſi poſt-
eaquam plena tractatio antecēſſit, tum ſub-
iiciatur ſcholaſtīca tractatio, tanquam ſu-
perioris *αὐτολόγως*, quæ ſit ſophiſmatum ac fal-
laciarum omnium euerriculum: quum ab-
ſterſo orationis fuco, ea quæ ſunt falſa de-
teget, vera falſis opponet, vtraque excutiet,
faciet denique ut, quemadmodum aliquan-
do dixit Auguſtinus, reſ cum re, cauſa cum
cauſa, ratio cum ratione concertet. Hic ve-
rò quis non videt, ſublatiſ erroribus, facile
ſuperaturā, & quam rapidum orationis flu-
men obruebat, ſua ſponte emerſuram eſſe,
veritatēm? Quamobrem quum eiusmodi
tractatio ſcholaſtīca fructum quām maxi-
mum allatura ſit (dūmodo ſacrae Theolo-
giæ reguliſ ipſe *πρόποσις ταῦδε* dirigatur) oro,
obteſtórq; doctiſſimos huius ætatiſ Theo-
logos,

Contr.
Maximi-
lib. 3.

logos, veritatis Euangelicæ propugnatores, ut in hanc curam incumbant, nobisque proponant huius Scholaisticæ tractationis methodum certam ac facilem quam sequamur, & quæ nobis sit atque posteris pro lapide lydio, ad varia hominum scripta exploranda, quæ de rebus Theologicis eduntur: quod si præstiterint, bonam operam nauabunt Ecclesiæ, his præsertim temporibus, quibus homines certatim de dogmatibus Theologicis libros conscribunt. Nā quum soli Iurisconsulti de iuris & legum scientia, soli Medici de arte Medendi scribāt, atque in reliquis disciplinis de ea quisque tractet quā profitetur, & in qua versatus est: fit tamē nescio quomodo, ut de Theologia tam Theologi quām ~~theologis~~, & cuiusvis ordinis homines soleāt passim libris editis disputare: quid sum æquior Nazianzeno, qui aliquando grauissimè de hac re conquestrus est. Hunc autem tantulum nostrū laborem *De mod.* in medium proponere visum est, nō quod *in diff. ser* hanc ipsam methodum, quam requiri mus, *uand.* nos assūquatos fuisse confidamus, sed ut vēl hac ratione testemur, nos accuratiorem à doctissimis Theologis non expectare tantum, verum etiam flagitare.

Ecce igitur, proponimus tractationem *Tractatio* Scholasticam loci Theologici desumpti ex *loci Theo* primo cap. Epist. ad Hebræos: nempe, de *logici de* Verbo Dei scripto, aduersus humanas tra- *verbo Dei* scripto.

B. j.

ditiones : qua de re magna est inter nos & Pontificios controuersia.

Tractationem autem huius dogmatis copiosam, & latiore stylo compositam, idcirco prætermitto, quod ea facile videri potest in scriptis ex utraque parte iampridem editis, quorum ego veluti quandam ~~avulsum~~ conficiam hac Scholastica disputatione.

*Theolo-
gicæ dispu-
tationes
quomodo
ab aliis
differant
& quam
sunt reli-
giose tra-
ctande.*

Sed antequam rem ipsam aggrediar, lectors admonitos velim, disputationes de rebus sacris institutas, à quibusuis aliis disputationibus longissime differre. Nam in Philosophicis, Medicis, Politicis & aliis eiusmodi disputationibus viget eloquentia, regnat ambitio, feruet contentionis studium, & sæpe nihil aliud homines sibi proponunt, quam ostentationem ingenij, & gloriolæ cupiditatem. At in Theologicis disputationibus, ybi nō ornamenta, inquit De doct. Augustinus, sed documēta quæruntur, ma- Chri. l. 4. gna cum reverentia, & sanctè de rebus sanctis agendum est, non quasi in hominum theatro, sed ut coram Deo, & sanctis Angelis, adeoq; in medio totius Ecclesiæ confessu: idque non contēdendi studio, sed veritatis retinendæ gratia: quandoquidē Ecclesiæ Pastores vetat Paulus ~~negligere~~, ut quod fieri sine veritatis iactura vix possit. Quamobrem Deum precati, ut nostros conatus sui Spiritus ductu dirigat & auxilio confirmet, descendamus in hoc sanctissimum

1. Tim. 6.

mum certamē, in quo Verbum Dei est stadium, Deus ~~magis~~, Veritas ~~magis~~, salus corona. Atque eò meliore animo certamē istud nobilissimū subeamus, quòd hic non idem accidit quod in aliis certaminibus, in quibus solus ille coronatur qui vincit. Nā huius certaminis hic est exitus, vt is etiam qui vincitur, modò se victum agnoscat, & veritatem amplectatur, simul etiā cum vi-
ctore coronetur. Præstat autem, inquit Au- Quæst.
gustinus, vinci à vero, quā velle verum i- ex ver.
psum per falsa vincere. Quicquid enim ^{108.}
homines aduersus veritatem moliātur, cer-
tè ita statuendum est; vinci veritatem non
possè, quam idem Augustinus æternam vi- De ciuit.
ctoriam appellauit. Dei l.2.c.
^{29.1.}

Hoc autem dogma de quo nobis insti- ^{Vñ p-}
tuenda est disputatio tanti est momenti, vt ^{sensis di-}
micitò censeri debeat totius religionis fun- ^{fputatio-}
damentum. Nec enim sine causa Psaltes a- ^{nis.}
gnoscit verbum Dei esse instar lucernæ,
quæ nisi nostris pedibus præluceat, nobis
in crassissimis tenebris versari, & idētidem
impingere ac labi necesse sit. At Romanæ
Ecclesiæ doctores accrima summāque a-
niimi contentione pro humanis traditio-
nibus digladiantur, eásque sibi retinendas
existimant rāquam aliquod Palladium quo
sublato non possint amplius arcem illam
Pontificiam defendere, multos iam annos
obsessam & proculdubio, vincēte veritate,

B. ij.

tandem aliquando euertendam atque in cin-
neres abituram.

Huius di- spu- tatio- nis distri- butio. Ut igitur ad rem accedamus, huius dispu-
tationis sex erunt partes. In prima proponemus nostram & è regione opponemus aduersariorum sententiam, ambasque ex-
ponemus, vt ex illa collatione melius per-
spici possit quisnam sit totius controversiae
status. In secunda, sententiam nostram con-
firmabimus expressis Scripturæ locis, & cer-
tissima demonstratione ex illis locis simul
aggregatis confecta. In tertia, sententiam
Pontificiorum refellemus ~~& ratione~~ dispu-
tatione. In quarta diluemus Pontificiorum
objectiones ex sacris literis detortas. In
quinta, subducemus ea fundamēta quæ Pō-
tificij ex veterum Doctorum scriptis
suae sententię substernunt. In sex-
ta, ipsos quoque veteres hac
de re cum verbo Dei
& nobiscum con-
sentientes au-
diemus.

**

CA-



CAP V T I.

*Deus multis vicibus multisque modis
olim loquutus Patribus per Pro-
phetas, ultimis diebus hisce loquu-
tus est nobis per Filium.*

Vvm Tertullianus in aciem disputationis prodiret, solebat summam quæstionis (sic enim ipse loquitur) certis lineis determinare & gradum conferre, ne extra rem ipsam vagari liceret.

Quod ut etiam ipsi faciamus primum om-
nium proponemus nostram, hoc est Eccle-
siæ ex verbo Dei reformatæ de ipso Dei
verbo sententiam. Hæc autem est eiusmodi,
*Omnia dogmata fidei Christianæ necessaria in
Scriptura sacra contineri.*

Hanc nostram sententiam sic exponimus *Nostræ*
ex illo loco Epistolæ ad Hebræos, qui no-
bis huiusc disputationis fontes aperuit. *Sententia
expositio.*
Veteris Testamenti temporibus Deus lo-
cutus est Patribus nostris multifariâ multis-
que modis. Népe per oracula, visa, somnia,
per Vrim & Thummim : denique per ipsos
Prophetas afflatu Spiritus Dei loquëtes. I-
psum autem Dei verbum eodem Spiritu di-

Etante cum à Mose , tum ab aliis Prophetis
virisque sanctissimis fuit literis consigna-
tum. Tandem nouissimis temporibus Iesus
Christus summus & perfectissimus Ecclesiæ
doctor mundo exhibitus, Apostolos viua
voce docuit & Ecclesiæ Christianæ docto-
res constituit , qui doctrinam Euangelij à
Christo receptam & ab scipsis viua voce
traditam literis mandarunt. Quum igitur
verbum Dei sit mēsura fidei nostræ, ipsum-
que verbum extet in sanctissimis Scripturæ
monumentis, efficitur omnia dogmata quæ
sunt ad fidem salutémque Ecclesiæ necessaria
in Scriptura sacra contineri, & quæcun-
que Apostoli tradiderunt illa hodie nobis
in sola Scriptura querenda, nullāsque alias
traditiones esse in causa fidei recipiendas.
Et quia similitudine res faciliùs explicari so-
lent, propono simile ductum à Rege, qui e-
dictum viua voce promulgandum ac deinde
perscribendum iussit , quod vbi factum
est non solent homines anxiè & curiosè
querere ex iis qui ipsi promulgationi in-
terfuerunt, aut ex aliis audiuerunt, quidnam
edicto illo regio comprehendatur , quippe
quum extet perscriptum edictum , cui iam
stare & fidem habere oporteat. Ita affirmo
quandoquidem verbum traditū & promul-
gatū ab Apostolis & Euangelistis , ab iisdē
fuit literis mandatum, frustrà & temerè ho-
die alibi queri, quām in Scriptura, quidnam
Aposto-

Apostoli & Euangelistæ viua voce tradi-
derint.

At Pontificiorum sententia hæc est.

*Non omnia dogmata fidei Christianæ ne-
cessaria in scriptura sacra contineri.*

Quam sententiā ita exponunt. Licet ver-
bum Dei sit mensura fidei nostræ, nō tamen
omne Dei verbum extare in scriptura. Mul-
ta enim ab Apostolis & Euangelistis fuisse
viua voce tradita, quæ tamen illi non scrip-
rint. Præterea Ecclesiam Catholicam (Ro-
manam autem intelligunt) esse fretam Spiri-
tu Dei duce, ita ut ipsa quoque possit ea tra-
dere quæ sunt ad fidem salutēmque necef-
faria. Quare ut habeamus plenum Dei ver-
bum, Traditiones Apostolicas & Ecclesia-
sticas esse ad Scripturam sacram adiicien-
das. Hæc illi.

Ex quibus satis est perspicuum quisnam
sit controuersiæ status. Hoc est enim *τὸ ζη-
τεόμενον*: An omne Dei verbum per Proph-
etas & Apostolos traditū, nobisque ad salu-
tem necessarium, in sacra Scriptura cōtineat-
ur, necne. Nos affirmamus: Illi verò negat
ἀνηργαντίας. Ita ut alteram tantum sententiā
esse veram oporteat, ex prima illa luce ra-
tiocinationis, de re quaque veram esse affir-
mationem aut negationem.

Antequam autem aggrediamur cōfirma-
re nostram sententiā, ipsi termini questio-
nis nobis breuiter exponendi sunt. *Verbum* Termini
questio-
nis exponun-

Verbum Dei intelligimus non verbum aeternum *Fidei*, quid. *lium aeterni Patris* nempe $\lambda\omega\gamma\sigma\iota\phi\tau\alpha\mu\rho\sigma$ (sic enim veteres plerique loquuti sunt) sed verbum externum quo Deus voluntatem suam hominibus patefecit: itaque addimus per Prophetas & Apostolos traditum: ut, quid intelligamus per verbum Dei, magis perspicuum esse possit. Vocabulum autem *Tradendi*, τὸ παραδίδειν, referri quidē potest tam ad verbum viua voce traditū, quam ad verbum scriptum, ut patet 2. Thess. 2. Teneat, inquit, traditam doctrinā, τὰς παραδόσεις, quā edocēti estis, siue per sermonem, siue per epistolam nostram. Atque ita sāpe veteres ipsi loquuti sunt, ut suo loco videbimus. In hac tamen quæstione ex vulgato loquendi genere restringitur ad verbum illud quod viua voce traditum est. Cæterū per *Verbum Dei nobis ad salutem necessarium*, intelligimus ea omnia quibus Deus nos iubet certa fidei πληροφορία assentiri ut ita fidem ab opinione, & Christianæ religionis dogmata à probabilibus hominum disputationibus ac placitis distinguamus. Postremò nomine *Scripturae sacrae*, intelligimus omnes libros Canonicos veteris & noui Testamenti. Atque hæc quidem de nostræ quæstionis expositione nobis breuiter dicta sint.

Necessarium ad salutem.

Scriptura sacra.

G A.

CAPVT II.

NO STRA de verbo Dei hacte- *Diffuta-*
 nus proposita & explicata sen- *tio nō est*
 tentia nūc certissimis argumē- *enī dūcās*
 tis ex ipso Dei verbo petitis cō- *nō.*
 firmando est, & tandem confienda *ā pōdūcā*
z̄s quæ rem totam ab omnibus tenebris vin-
 dicatam in media veritatis luce constituat.
 Huius autem rei faciendæ hanc rationem
 inibimus, vt primūm substernamus aliquot
 Scripturæ locos, ex quibus singulis argumē-
 ta firmissima depromamus: Deinde omni-
 bus illis simul collectis conficiamus veram
 definitionem Scripturæ sacræ quæ quidem
 definitio erit Medium *oueχis* nostræ *āndā*
ξ̄sωs omni exceptione atque dubitatione ma-
 ius. Quanquam autem in recensendis Scri-
 pturæ locis non curiosè labore de ordine
 (nullus est enim locus qui non conficiat cō-
 clusionem primariam, & ipsi loci habēt vim
 summi Axiomatis) tamen curaui vt, quoad
 eius fieri posset, ordo locorum singulis de-
 finitionis partibus responderet. Quare fa-
 ciamus initiu ab hoc Apostoli loco, qui no-
 bis causam præbuit huiusc disputationis.

LOCVS I.

*Deus multis vicibus multisque modis olim Heb.i.
 loquuntur Patribus per Prophetas, ultimis die-
 bus hisce nobis loquuntur est per Filium.
 Ex his Apostoli verbis nos ita cōcludimus.*

Syllogis-
mus.

Si verbum Dei ad salutem Ecclesie necessarium nobis primū per Prophetas, deinde per Christum & Apostolos traditum est, & verbū Dei per Prophetas traditū hodie querendū est tantū in scriptis Propheticis. Certe verbum Dei nobis per Christum & Apostolos traditū, hodie querendum est tantū in scriptis Apostolicis, nisi certa ratio dissimilitudinis reddi possit.

At verbum Dei ad salutem Ecclesie necessarium nobis primū per Prophetas, deinde per Christum & Apostolos traditum est : & verbū Dei per Prophetas traditum hodie querendum est tantū in scriptis Propheticis, nec ulla certa ratio dissimilitudinis reddi potest quominus idem de verbo Dei per Christum & Apostolos tradito statuendum sit.

Quare verbum Dei ad salutem Ecclesie necessarium hodie querendum est tantū in scriptis Propheticis & Apostolicis.

Explica-
tio Syllo-
gisimi.

Excutio superius argumentum. Syllogismus est hypotheticus ~~non unigenitus~~, cuius usus est maximus quoties de rebus comparandis agitur. Syllogismos autem hypotheticos esse disputationibus Theologicis valde accomodatos patet cum ex veteribus tum ex Scholasticis, qui illis frequētissimè usi sunt. Itaque non dubitauit æquè illis ut ac ~~deuenienti~~, quandoquidē hypotheses non sunt Topicæ, sed nituntur expressis Scripturæ locis, ac propterea huiusmodi syllogismi nō sunt directis

directis inferiores. Huius ergo syllogismi hypothesis siue connexum hypotheticum patet ipsa luce naturæ quæ dicitur de iisdem idem esse statuendum. Hæc autem principia quæ ex natura ipsa haufimus atque expressimus, non esse repudianda docuit Apostolus, quum Corinthios ad naturam ipsam renocaret. Facilius enim, inquit Terullianus, credes Prophetæ, discipulus natu
De resurr. carnis.

ræ. Iam si oīrīas ipsam spectes, reperies idē esse verbum Dei cùm in vetere, tum in novo Testamento, siquidem audimus Aposto Act. 26. lum profitētem se nihil dixisse extra ea quæ Prophetæ & Moses futura esse prædixerūt. Fateor in nouo Testamento exhibitionem fuisse vberiorem & angustiorem: sed id adiuuat nostram causam, tantum abest ut ci noceat, quemadmodum in sequentibus argumentis nobis erit fusiūs explicandum. Expendamus igitur comparationem veteris & noui Testamenti, quantum attinet ad verbum Dei vtrobique exhibitum, atque ita dicamus. Si Deus loquutus est per Prophetas sub veteri Testamento, per Apostolos quoque sub nouo Testamēto loquutus est. Si Prophetæ verbum Dei viua voce tradiderunt, id fecerunt & Apostoli. Si Prophetæ verbum Dei literis mandarunt, id etiam Apostoli fecerunt. Quare, si Prophetæ doctrinam veteris Testamenti totam scriptis comprehenderunt, cur non dicemus Apo-

*Connexa
hypothe-
tici confor-
matio.*

stolos quoque totam Euangelij doctrinam scriptis suis fuisse complexos? Proferant Pontificii rationem dissimilitudinis, rationem, in quam, non ex humanis somniis, non ex probabilitibus ac Topicis argumentis, sed ex certo Dei verbo petitam. At non poterunt. Quinetiam vrgebo locum hunc Apostoli quem in manibus habemus, atque ita ratiocinabor: Si verbum Dei multifariam olim multisque modis traditum, totum hodie in scriptis Propheticis reperitur, cur nō idem dicemus de verbo Dei Euangelico quod non multifariam neque multis modis fuisse traditum Apostolus testatur? Alioqui quis non videt iacere vim comparationis ab Apostolo propositæ? Nam ita dicere Apostolus, siquidem vera esset Pontificiorum sententia: *Quemadmodum olim Deus multifariam multisque modis loquutus est sub vetere Testamento: ita nūc noui Testamenti temporibus multifariam nobis multisque modis loquitur, nempe per scripta Apostolica, per traditiones Apostolicas ab ipsis Apostolis non scriptas: atque etiamnum loquitur per traditiones Ecclesiasticas: quod quām repugnet Apostoli sententiæ, ne ipsis quidem Pontificij neguerint. Atque hæc de cōnexo hypothetico.*

Assumpti Assumptum (*τὸ μετελεσθεόμενον*) quod secundum loco posuimus habet tria membra.
confirmatio. Primùm est: Verbum Dei ad salutem Ecclesiæ

clesiæ necessarium nobis primùm per Prophetas: deinde per Christum & Apostolos traditum fuisse. Atque hoc perspicuum est ex hoc loco Apostoli. Olim, inquit, per Prophetas: Ultimis diebus per filium: quod posterius esse ad Apostolos quoque porrigitur patet ex hoc ipso Apostolo, cap. 2. huius epistolæ, ubi dicit salutem Euangeli-
cam nobis primùm annuntiatam à Christo
fuisse, deinde ab iis confirmatam qui ipsum
audiuerant. Et apud Ioannem: Quemad-
modū, inquit, misit me pater, ita & ego mit-
to vos. Atque omnino negari non potest
Euangelij doctrinā fuisse ab Apostolis cō-
scriptam. Secundum membrum Assumpti
est: Verbum Dei per Prophetas traditū ho-
die tantūm esse querendum in scriptis Pro-
pheticis. Atque hoc patet ex usu loquendi
Scripturæ, ubi per Prophetas intelliguntur Rom. 1.
scripta Prophetarum. Ut, Euangeliū pro-
missum per Prophetas in Scripturis sanctis. Luc. 16.
Habent Mosen & Prophetas. Scriptum est Ioan. 6.
in Prophetis. Credis Prophetis. Exorsus à Act. 26.
Mose & omnibus Prophetis interpretaba-
tur quæ de ipso scripta erant. Denique Pe-
trus per sermonem Propheticum scripta
Prophetarum intelligit. & paulò post: Nō
libidine hominis allata est olim Propheta,
sed acti à Spiritu sancto loquenti sunt sancti
Dei homines. ne mihi multi alij laici consi-
miles recensendi sint. Præterea si Pontificij

Ioan. 20.
& 17.Rom. 1.
Luc. 16.
Ioan. 6.
Act. 26.
Luc. 24.
2.Pet. 1.

nobis non assentiantur, ferant igitur ^{versor.}
At non poterunt. Tertium membrum est,
nullam certam dissimilitudinis rationē pos-
se reddi à Pontificiis, quominus idem sta-
tuendum sit de verbo Dei tradito per Chri-
stum & Apostolos, quod statuitur de verbo
Dei tradito per Prophetas: nempe totum
fuisse literis mandatum, quatenus fides &
salus Ecclesiæ postulat. Quum igitur Pon-
tificij affirment esse dissimilitudinem hac in
parte, debent causam dissimilitudinis pro-
ferre quæ sit vera ac Theologica.

Quibus omnibus superioribus cōfirma-
tis, tenet argumenti nostri conclusio.

LOCVS II.

- Luc. I. *Visum est mihi omnia scribere ut agnoscas
earum verum veritatem quas auditione accepi-
sti. Huc etiam rescripsi possunt sequentes loci.*
- Iud. *Omnis studium adhibeo ut scribam ad vos
de communis salute.*
- Philip. 3. *Eadem scribere vobis me quidem haud pi-
get: vobis autem tutum est.*
1. Ioann. *Quod vidimus annuniamus vobis.*
2. Pet. 3. *Hasce litteras scribo vobis, quibus vos com-
monefacio ut memores sitis doctrinae Prophe-
tarum & nostra.*
1. Pet. 2. *Non negligam vos de istis semper commo-
nē facere licet quantumvis eruditos.*
- Syllogis-
mus, *Ex quibus & consimilibus locis ita con-
cludimus. Si in eum finem Apostoli & Evangeliste da-
ctrinam*

Strinam Euangelicam literis mandarunt, ut veritas earum rerum que viua voce tradita fuerant magis magisque agnosceretur & confirmaretur, atque etiam hominum memoria melius consultum esset: certè Apostoli & Euangelistæ ea omnia scripta reliquerunt quæ viua vocet rā diderant ad fidem salutemque necessaria.

Antecedens autem verum est.

Verum igitur & consequens.

Connexum hypotheticum primo loco *Syllogismi* positum negari non potest, alioqui media *explicatio-*
pugnarent cum ipso fine, quod absit ut vel *tio,*
cogitemus in iis præsertim qui eodem Spi-
ritu duce Euangelium & viua voce tradide-
runt & conscriperunt.

Affumptum expressis verbis confirmant
loci citati.

LOCVS IIT.

Nihil addatis verbo quod ego vobis preci- Deut. 4.
pio. Item, Ne addas verbis eius, ne te redar- Prou. 30.
guat, & mendacii connincaris.

Si nō licuit hominibus quidpiam addere scri *Syllogis-*
ptis Moses: certè postquam ad scripta Moses & *mus.*
Prophetarum scripta quoque Apostolica accessi-
runt, dicendum est Scripturam sacram ea omnia
continere quorum cognitio & fides ad salutem
necessaria est.

Verum est antecedens,
Quare non est de consequentis veritate du- *Syllogis-*
bitandum. *mi explicatio.*

Connexum hypotheticum perspicuum

est, nō solum ex summa similitudine, verum etiam ex identitate verbi Dei tam à Mose quam ab Apostolis propositi, ut probatum est in primo loco. Assumptum probatur ex locis citatis qui negant addendum esse verbo Dei. Ac ne forte dicant Pontificij, Mosis locum non esse restringendum ad verbum Dei ab ipso Mose conscriptum: proferimus locos sequentes qui vias omnes effugiendi

Exod. 24 Pontificiis intercludent. Moses scripsit o-

Deut. 31. mnia verba Domini. Item: Moses scripsit

Deut. 28. hanc Legem. Omnia verba huius Legis quæ

Act. 24. scripta sunt in hoc libro. Et Paulus apud Lu-

Deut. 27. cam: credo, inquit, omnibus quæ in Lege &

Gal. 3. in Prophetis scripta sunt. Et quod ait Mo-

ses, Execrabilis quisquis non permanserit in omnib. verbis huius Legis Paulus ita ex-

ponit: in omnibus, inquit, quæ scripta sunt in libro Legis. Ex quibus omnibus intelligi potest verba Dei, de quib. loquitur Moses, nō esse exponēda de scriptis Mosis nec tra-

hēda ad quasdam traditiones ἀγράφας ac vi-

ua tantum voce à Mose propositas, quemadmodū Iudæi Cabalistæ mentiuntur, quorum errores iampridē in Ecclesia Christia-
na explosi sunt.

LOCVS IIII.

Esa. 8. *Ad legem & ad testimonium. Si non dixerint iuxta hoc verbum, nihil habet lucis.* Hinc conficio sequentem conclusionem.

*Syllogis-
mus.* *Si sub lege recurrentum fuit ad Scripturam,*
nihil-

nihilque in causa fidei recipiendum quod non contineretur in Scriptura: certe, maiori ratione, postquam ad scripta veteris Testamenti accessit Euangelii doctrina conscripta ab Apostolis, qui veritatem legis explicarunt atque exhibuerunt, ea sola sunt in causa fidei recipienda quæ continentur in scriptis veteris & noui Testamenti.

Antecedens autem verum est.

Quare consequens quoque verum sit necessitate est.

Connexum hypotheticum lucet sua luce propter vim comparationis. Quanquam enim si ~~esset~~ & substantiam ipsam species, nihil aliud dixerunt Apostoli quam quæ prædicta fuerat à Mose & Prophetis (inquietabat Paulus) tamen nemo Christianus dubitat quin exhibitio verbi Dei lögè fuerit plenior & augustior postquam Christus patefactus est in carne: quemadmodum etiam ^{Act. 26.} 2. Cor. 3. postoli sæpe docuerunt. Quare, si tunc fuit &c. standum verbo scripto, quantò nunc magis? Assumptum perspicuum est ex loco citato. Nec verò sum nescius locum illum Propheticum non uno modo etiam à doctissimis exponi solitum: sed omnino quocunque tandem modo exponantur Esaïæ verba, huc redibunt denique, in crassissimis tenebris eos versari qui spreta lege Dei ad pythonicorum errores & humana commenta defiscunt.

C.j.

LOCVS V.

Apud puerum sacras literas nosti quae te possunt sapientem reddere ad salutem per fidem quae est in Christo Iesu. Omnis Scriptura est diuinus inspirata & utilis ad doctrinam, ad redargutionem, ad correctionem, ad institutionem quae est in iustitia. ut perfectus sit homo Dei, ad omne opus bonum perfecte instructus.

Syllogismus. Si ea vis est Scriptura ut hominem sapientem ad salutem perfectum & perfecte instructum constituat: certe in causa fidei debemus esse contenti Scriptura.

At verum est antecedens.

Verum igitur & consequens.

Syllogismi explicatio. Connexum hypotheticum manifestum est propter naturam perfectionis. Nam si Scriptura nos reddit perfectos, quorsum traditio non scripta? hoc spectat enumeratio à Paulo proposita. Assumptum sibi fidem facit ex Apostoli loco. Dicent fortasse Pontificij Paulum loqui de scriptis veteris Testamenti, quippe quæ Timotheus à puerō didicerat. Verum enim uero quum addit Paulus, per fidem quæ est in Christo Iesu, satis declarat ad cognitionem veteris Testamenti doctrinam Euangelicam accessisse. At enim, inquis, tunc Euangelij doctrina non erat conscripta, sed tradita tantum viua voce. Primum unde id tandem colligis? Constat enim ex cap. 4. illius Epistolæ, Paulum eam scripsisse sub ipsum tempus mortis. Iā
si ra-

si rationem temporum accuratè subducas,
facilè cognosces, tunc cùm Epistola hæc
data fuit, scripta Apostolica aut omnia aut
certè propemodum omnia extitisse. Dein-
de quid refert si tunc Euangelij doctrina
scripta nondum fuisset, quandoquidem con-
stat postea fuisse scriptam? Denique si vis
Paulum illic loqui de scriptis veteris Testa-
menti, ego fortius astringam argumentum
hoc modo: Si scripta veteris Testamenti po-
terant reddere homines sapiētes ad salutē,
quanto id magis præstabit vniuersa Scriptu-
ra veteris ac noui Testamenti? Sed omnino
qui negauerit hanc auream Pauli senten-
tiā de Scriptura sacra (nempe quod sit di-
uinitus inspirata & utilis ad doctrinā, &c.)
ad Scripturam noui Testamenti pertinere,
is non modò ex Theologorum choro tol-
lendus fuerit, verum etiam è Christiano-
rum numero expungendus. Neque nobis
negotium faciant ex eo quod vetus inter-
pres paratum dixerit, non, perfectè instru-
ctum. Nam, yt omittam nihil propterea ar-
guimento nostro decidere, certè vocabu-
lum ἐπηρεψιν perfectionem significat. vt
& Act. 21. v. 5. explorare dies, ἐπηρεψιν. sic com-
positum aliud, Matth. 21. Ex ore infantium
perfecisti laudem, ἐπηρεψια. I. Thess. 3. v.
10. quæ desunt fidei vestræ completere, ἐπηρεψ-
ιν. & Heb. 13. v. 21.

LOCVS VI.

Ioan. 5. Scrutamini Scripturas, nam existimatis vitam aeternam in ipsis habere.

Syllogismus. Si veteres sub lege constituti existimabant, & quidem recte, se vitam aeternam habere in Scripturis: hoc est, ea contineri Scripturis quarum cognitione & fide vitam aeternam adipiscerentur: certe maiori ratione nos hodie idem credere debemus sub Evangelio constituti, postquam ad scripta veteris Testamenti, scripta Apostolica veritatem veteris Testamenti explicantia & exhibentia accesserunt.

Verum est autem antecedens.

Quare ne de consequentis quidem veritate dubitandum est.

Syllogismi explicatio. Connexum hypotheticum confirmat vis comparationis: quoquidem ratiocinandi genere & Christus ipse & Apostoli saepe vici sunt. Nec ipsis Pontificij negant scripta noui Testamenti esse veteris Testamenti scriptis augustiora.

Assumptum probatur expressis Christi verbis. Tantum enim abest ut Christus Iudeos propterea reprehendat ut potius inde ratiocinetur.

LOCVS VII.

I. Cor. 4. Ut discatis supra id quod scriptum est non sapere.

Syllogismus. Si non debemus sapere supra id quod scriptum est, & dogmata fidei ad veram sapientiam pertinent: certe debemus in causa fidei esse contenti

tenti Scriptura.

Antecedens verum est.

Verum igitur & consequens.

Connexum hypotheticum per se patet. *Syllogismus.*
 Assumptum probat Apostoli locus. *Fa-*
mi expli-
cator locum hunc aliter exponi à quibusdam
recētioribus: nēpe de iis quæ Paulus ipse an-
tè scripsérat, quem sensum si quis malit se-
qui, tū hēc erit vis argumenti nostri. Si Pau-
lus ad sua scripta Corinthios reuocat, quan-
tò magis ad vniuersam Scripturā sumus re-
tuocandi? Sed quia veteres (quos Pontificij
sequi solent) generaliter locum Pauli intel-
ligunt malui ex hac veterum interpretatio-
ne argumentari. Potest etiam confici syl-
logismus δεικνύεις in media figura, quia ne-
gat ὅντες; in hunc modum.

Quisquis dogmata fidei statuit ex traditioni-
nibus non scriptis, sapit supra id quod scriptū est. Syllogismus.
δεικνύεις.

Nullus verè Christianæ & Apostolice do-
ctrinæ obediens sapit supra id quod scriptum est.

Quare nullus verè Christianæ & Apostoli-
ce doctrinæ obediens dogmata fidei statuit ex
traditionibus non scriptis.

LOCVS VIII.

Multa alia signa edidit Iesus quæ non sunt *Ioan. 20,*
scripta in hoc libro: hæc autem scripta sunt ut
credatis Iesum esse Christum Filiū Dei, & cre-
dentes vitam aeternā habeatis, per nomē ipsius.

Si Apostoli & Euangelista ea scripsérunt quæ *syllogis-*
vis sunt necessaria, ut iis credentes vitam ha-
mus.

C.iiij.

beamus, certè dogmata fidei statuenda sunt ex Scriptura, non autem ex traditionibus nō scriptis quas Pontificii Apostolicas appellant.

Antecedens verum est.

Verum igitur & consequens.

Syllogismi explicatio. Connexi hypothetici veritas in promissione expli- ptu est, nisi fortè quis se Apostolis & Euangelio cito. gelisti sapientiorem existimet, quod ab sit.

Assumptum probatur verbis Ioannis.

LOCVS IX.

Psal. 19. Lex Dei perfecta est, vitam restituens, ve-
Psal. 119. rā sapientia suppedītās hominibus, recta, iusta,
Deut. 4. auro pretiosior, melle dulcior, Ecclesia sapientia
Psal. I. & intelligentia, & qui in ea meditatur beatus est.

Syllogismus. Si Scriptura veteris Testamenti fuit in suo genere perfecta, quippe que veram sapientiam contineret, & beatos praestaret quoiquot ex animo & constanter eam meditabantur: certè postquam ad vetus Testamentum Apostolica scripta accesserunt, ipsius veteris Testamenti veritatem plenè explicantia & exhibentia, optimo iure tota Scriptura veteris & nostri Testamēti dicetur perfecta, ut quæ doctrinam Ecclesie necessariam perfectè contineat.

Verum est autem antecedens.

Quare verum est etiam consequens.

Syllogismi explicatio. Connexum hypotheticum patet.
Assumptum probatur ex locis citatis.
Nam nomen Legis sāpe intelligendum esse de tota Scriptura veteris Testamenti perspicuum

Spicuum est ex Apostolo ad Galatas, & Iohannes Gal. 4.21.
corum superiorum circumstantiae id manifeste postulant,

Ex his omnibus locis & cōsimilibus colligemus veram definitionem Scripturæ in hunc modum.

Scriptura sacra est verbū^a Dei diuinitus^b inspiratum, & à Prophetis^c, Apostolis &c. Escripturā nangelistis Spiritus Dei afflatu perscriptum in^a Heb. 1.1 libris Canonicis veteris & noui Testamenti^b 2.Tim. 3.16. ut^d Dei veritas ab hominū obliuione & corrupcione^e Heb. 1.1 vindicaretur, & Ecclesia perfectè^f 2.Pet. 1.21. institueretur ac confirmaretur in iis omnibus^g Luc. 1.3. quorum agnitus & fides ad salutem aeternam^h 1.Io. 2.1. necessaria est.

Hæc definitio est vera & vereⁱ constat genere & differentia: & præterea continet omnes causas tam subiecti quā attributi, præsertim efficientem (cui subiicitur etiam instrumentalis) & finalē: quæ duæ causæ in eiusmodi rebus sunt in primis considerandæ. Spiritus Dei est causa efficiens, isque usus est Prophetis & Apostolis tanquam instrumentis. Cōseruatio veritatis & institutio confirmationis Ecclesiæ est finis propter quem verbum Dei literis fuit consignatum. Itaque hæc definitio constat suis partibus, & definitum ac definitio mutuo conuertuntur.

Iam ex hac definitione tanquam medio perfectè & omnes constituamus nostram 2.Tim. 3.15. L. 5.39. C. iiiij.

ἀπόδειξιν, hoc modo.

Quicquid est verbum Dei diuinitus inspiratum & à Prophetis, Apostolis & Euangeliis Spiritus Dei afflatu prescriptum, &c. Id continet omnia dogmata fidei Christiane necessaria.

At Scriptura sacra est verbum Dei diuinitus inspiratum, &c.

Quare Scriptura sacra continet omnia dogmata fidei Christiane necessaria.

Hæc *ἀπόδειξις* *est* *cuidens & necessaria, ut* *quæ* *natur superiorum locorum firmamentis continetque verum dion Attributi primarij nostræ quæstionis. Cur enim Scriptura continet ea omnia quorum cognitio & fides ad salutem est necessaria? nempe quia est verbum Dei ab Apostolis & Prophetis in eum finem conscriptum, ut Ecclesia perfectè institueretur &c. Itemq; omnia *Superioris* sunt reciproca. Siquis enim querat quæna *demonstra-* *sint* *ea, quorum cognitio & fides est nece-* *tionis ex-* *fatia ad salutem, proferam Scripturam. Et* *plataio.* *vici* *lum* *quum propono Scripturam, ea o-* *mnia propono quorum cognitio & fides* *est* *ad salutem necessaria. Idem dicendum* *est* *de Medio quod est ipsius Scripturæ de-* *finitio, ut dictum est. Quare hæc nostra de-* *monstratio in media veritatis luce versatur,* *& nostræ sententiæ veritatem extra omnē* *dubitatem constituit: nempe Scripturā* *sacrā* *continere omnia dogmata fidei Christia-* *næ* *necessaria. quod erat demonstrandum.**

CAPVT III.

DO STE A Q V A M nostræ sen- Disputa-
tentia veritas patuit ex supe- tio ^{ara-}
riori demōstratione & dispu- ^{onissimis}
tatione ^{agnoti& susinū;}, nunc ex ^{qua refel-}
ordine nobis ab initio propo- ^{litur Pon-}
sito, accedendum est ad disputationem ^{ura-}
^{sensentia} ^{oribus pīnū;} qua Pontificiorum sententiam re-
fellamus. Quanuis autem extructa veritate,
necessariò mendacium corruat, & ex hac
affirmata demonstratione, Scripturam sa-
cram ea omnia cōtinere quorum cognitio
& fides ad salutēm necessaria est: sequatur
^{iz arāyks} hæc negata, Nihil cuius cognitio
& fides ad salutēm necessaria est extra Scri-
pturam sacram quærendum esse, & vi con-
sequentis traditiones ab Apostolis non scri-
ptas, non esse in causa fidei recipiendas: ta-
men sit nescio quomodo ut nos magis cō-
moueat erroris refutatio quam assertio ve-
ritatis. Quamobrem hoc disputationis ge-
nus nobis negligendum non fuit, ut magis
magisque lectores in veritatis cognitione
confirmentur. Hæc igitur est Pontificiorū
sententia cum nostra pugnans ^{armpa lūnū;}

*Scripturam sacram non ea omnia continere
quorum cognitio & fides ad salutem nostrā est
necessaria. quem errorem nos ita diruamus.* *Apg. I. ad*

*Si Moses, Prophetæ, Christus & Apostoli*versus tradiditiones*
dei dogmata semper ex Scriptura, nunquam autem ex traditionibus non scriptis confirmarunt, cito.*

& Pontificij fidei dogmata raro ex Scripturis, identidem autem ex traditionibus non scriptis confirmare volunt: certè Pontificij aliter docet Ecclesiam quam Moses, Prophetæ, Christus & Apostoli docuerint.

Verum est autem antecedens.

Verum igitur & consequens, & vi consequētis Pontificij ad docendam Ecclesiam non sunt recipiendi.

Explicatio argu-
menti su-
perioris. Connexum hypotheticum perspicuum est. Assumptum patet ex sequenti inducione collecta ex sacræ Scripturæ locis.

Deut. 17. Moses resūcat ad Légē scriptam, Paulo in-
Gal. 3. terprete.

Deut. 31. Idem Moses inbet Legem scriptam recitari coram populo.

Ios. 13. Iosue hortatur Israelitas ut faciant ea que scripta sunt in libro Legis.

2. Reg. 23 Temporibus Iosue regis populus promittit in reuirando se seruaturum quae scripta sunt.

Ex. 8. Prophetæ passim Israelitas ad Mosis scripta renewarunt.

Nehem. 8. Post reditum ex captiuitate recitatur Lex Mosis, & ex ea cultus Dei restituitur.

Iohan. 5. Scrutamini Scripturas, inquit Christus.

Matt. 22. Erratis nescientes Scripturas.

Luc. 16. Habent Mosen & Prophetas, illos audiant.

Luc. 24. Aperuit mentem Apostolorum ut intelligerent Scripturas.

Act. 26. Paulus annuntiat Christum adducta Lege & Prophetis.

Apollos

Apollos redarguit Iudaos, & probat Iesum Actus esse Christum ex Scripturis.

*Laudatur Thessalonicenses, sive Bereenses, Act. 17.
quod scrutarentur Scripturas an ita res se habebet.*

Nequid dicam de Scriptura locis quos Christus & Apostoli identidem citarunt.

Hæc induc̄tio est certissima & nulla cōtra-
re labefactari potest. Vis autem cōsequen-
tis quā ad finem proponimus satis est per-
spicua. Nam Prophetæ & Apostoli sunt in-
stituti à Deo doctores Ecclesiæ, & fuerunt
~~Prophetae~~. Christus autem est perfectissimus
Ecclesiæ Doctor. Ex quo efficitur, qui ali-
ter Ecclesiam docent quam Christus, Apo-
stoli & Prophetæ docuerint, hoc est non
eadem, sed aliena proponunt fundamenta,
eos Ecclesiam perperam docere. Pontificij
verò aliter docēt, quandoquidem non re-
uocant Ecclesiam ad solam Scripturam, sed
ad Traditiones non scriptas. ut antè dictū
est. Ex hoc autem superiori argumento e-
mergit sequens hæc conclusio.

*Si Apostoli verbum quod vina voce trade- Argum. 2
bant quātumvis licet ~~Prophetae~~, tamen ad scri- aduersus
pta Prophetica exigebant, multò magis Ponti- Traditio-
ficij debent sive doctrinæ capita ad Scripturam- nes.
sacram exigere. Et cùm id non faciant, audiens-
di non sunt.*

Verum est antecedens.

Verum igitur & consequens.

Explicatio argu- Connexum hypotheticum patet ipsa lu-
menti. ce comparationis.

Assumpti veritas confecta est in superiori argumento.

Argum. 3. Si non omnia quorum fides & cognitio ad sa-
aduersus lntem necessaria est in Scriptura continentur, se-
Tradit. queretur Spiritum Dei cum Scripturam Eccle-
siae propositum finem suum non fuisse assequutum.

At consequens est falsissimum & blasphemum.

Quare falsissimum quoque est Antecedens
ac blasphemum.

Explicatio argu- Connexi hypotheticī consequentia ita
menti. probatur. Quum Scripturæ causas in secun-
do capite huius disputationis inuestigare-
mus, diximus verbum Dei in eum finem
fuisse literis consignatum, vt ab hominum
corruptelis vindicaretur, vt piorum memo-
riæ consuleretur, denique vt Ecclesia magis
magisque institueretur ac confirmaretur in
iis quorum cognitio & fides ad salutem est
necessaria. Iam si non illa omnia in Scriptu-
ra continentur, sequitur profectò Spiritum
Dei non perfectè, sed ex parte tantùm fine
suum assequutum fuisse: quod absit. Certè
si cōcedis, quod negare non potes, Scriptu-
ram nō temere nec frustra, sed summa Dei
prudentia fuisse Ecclesiæ propositam, sic
vrgeo: Si, vt vindicaretur verbum Dei ab
hominum corruptelis, num, obsecro, voluit
Spiritus Dei quædam ad salutem necessaria
vindi-

vindicari ab humanis corruptelis, quædam
verò minimé? Si, ut piorum memoriarum
consultum esset; num ex parte tantum? Dice-
musne, eorum quæ ad salutem necessaria
sunt alia magis esse memoriarum mandanda, a-
lia minus? Si eorum memoria vigere & con-
seruari sine Scriptura potuit, cur accessit
Scriptura? Nihil enim frustra fit à Spiritu
Dei. Si accessit Scriptura ut nostram me-
moriā adiuuaret, quis neget in omnibus
ad salutem necessariis nostram esse iuuan-
dam memoriam? Denique, si proposita est
Scriptura à Spiritu Dei ut melius institue-
retur Ecclesia, cur id non habebit locum in
omnibus iis quæ sunt necessaria ad salutem?
Quamobrem quæcunque tādem effugia ca-
ptent Pontificij, manet superioris connexi
hypothetici veritas, eos nimirum velle fru-
strari Spiritum sanctum suo fine in propo-
nenda Scriptura, nisi in ea contineantur
quæcunque sunt ad salutem nostram neces-
saria.

**Affumptum nemo Christianus nega-
uerit.**

*Si Apostoli in omnem veritatem à Spiritu Argu. 4.
sancto deduceti, Ioan. 16, quedam ad salutē no- aduersus
cessaria non scripsierunt, id factum est, aut quod Tradit.
illa scribere non debuerint, aut noluerint, aut nō
potuerint.*

*At non debuisse, falsum est: noluisse, absur-
dum: non potuisse, & cetera.*

Quare antecedens est falsum, absurdum & absurdorum.

Explicatio argumenti.

Connexi hypothetici consequentia patet, nisi Pontificij ferant *τύπον*. nos enim agimus non de quibusuis hominibus, sed de Apostolis, quos Spiritus Dei in cōscribenda Euangeliū doctrina gubernauit,

Assumptum patet, nisi doceant Pontificij quænam sit ratio tantæ dissimilitudinis in rebus non tantum simillimis, sed etiam iisdem. Hoc profectò certum est & αναμφισβήτηται inter omnes Christianos, si Apostoli non omnia scripserunt quæ sunt ad salutem necessaria, id eò factum, quod non debuerint omnia scribere. Horum igitur alterum Pontificij doceant necesse est: aut quidnam sit causæ quamobrem Apostoli quædam scribere, quædam verò ad salutem necessaria debuerint omittere: aut certè, Apostolos planis & perspicuis verbis testatos se nō omnia quæ ad Christianorum fidem pertinēt literis mandasse, certis de causis quas Deus noluerit hominibus esse cognitas. At procul dubio neutrum vñquam docebunt Pontificij. Ex quo fit ut firma maneat argumenti nostri conclusio.

Argum. 5. Si libri Canonici veteris Testamenti continent ea omnia quæ ad vetus Testamentum pertinebant, & libri Canonici noui Testamenti nō continent ea omnia quæ ad nouum Testamentum pertinēt: sequitur Scripturam veteris Testamendi

Stamenti esse perfectiorem Scriptura noui Testamenti.

Consequens est falsum.

Falsum igitur & Antecedens.

Connexi hypothetici consequentia sic *Expliq-*
probatur. Libri veteris Testamenti vocan-
tio argu-
tur vetus Testamentum à Paulo, cùm agit ^{menti.}
de lectione veteris Testamenti. Adde quod ^{2. Cor. 3.}
ait Moses, fœdus, inquit, quod scriptum est ^{14. Deut. 29.}
in libro legis; & in sacra historia fit mentio ^{21.}
libri fœderis. Quare non dubium est quin ^{2. Reg.}
vetus Testamentum (hoc est, Scriptura ve- ^{23.}
teris Testamenti) rectè respondeat suæ in-
scriptioni. Nihil enim proferri potest extra
illam Scripturam , quod verè dici possit ad
vetus Testamentum pertinere: nempe cuius
cognitio fuerit piis maioribus sub vetere
Testamento constitutis ad salutem necessa-
ria. Iam si non idem dicas de nouo Testa-
mento , quis non videt nouum esse vetere
Testamento imperfectius? Nam perinde est
*ac si ita exponas *ινγεφήν*, nouum Testamē-*
tum, hoc est, quedam ad nouum Testamen-
tum pertinentia. quod quam sit absurdum
non puto pluribus probādum esse. Scriptu-
ram autem noui Testamēti esse minus per-
fectam quam sit Scriptura Testamenti ve-
teris, nemo Christianus hacten⁹ dixit. Qua-
re non videtur plura esse dicēda ad Assum-
ptū nostri confirmationem.

*Arg. 6. Ad
uer. Tra-*

*Si Scriptura noui Testamenti est *Διαθήκη*, ditiones.*

hoc est fædus vel Testamentum, & r̄n Aḡd̄nū nihil licet addere: certè nihil licet addere Scripturæ noui Testamenti.

Antecedens est verum.

Verum igitur & cōsequens, & vi consequentis non sunt recipienda traditiones ab ipsis Apostolis non scriptæ.

*Explicatio argu-
menti.
Gal. 3.*

Connexum satis patet.

Assumptum habet duas partes. Prior per-
spicua est ex ipsa inscriptione, nec vlla alia
probatione op' habet. Posterior probatur
ex Paulo: quum ait ne humanæ quidem dñs addere licere: atque inde efficit multò
minus addere licere diuinæ Agd̄nū. Quod
si r̄n Agd̄nū Testamentum interpreteris,
tum fortior etiamnum erit nostra conclusio. Ecquis enim hominis testamento quid-
piam audeat adiicere? Quod si non licet ho-
minis testamento, quātō minus diuini Te-
stamenti tabulis?

*Arg. 7.
aduers.
Trad.*

Si ad finem usque mundi nullos alios li-
bros Canonicos debemus expectare præter eos
quos habemus in Scriptura veteris & noui Te-
stamenti: sequitur Scripturam sacram esse nu-
meris omnibus absolutam.

Antecedens est verum.

Verum est igitur & consequens, & vi con-
sequentiis Scriptura non habet opus ullis tradi-
tionibus non scriptis.

*Explica-
tio arg.*

Connexum hypotheticum satis est per-
spicuum, præsertim quā Deus sit author Scri-
pturæ,

pturæ qui eam ad finem usque mundi manere imperfectam non pateretur: quippe auctor perfectissimus.

Assumptum non negant Pontificij: non enim ignorant tempora post Christum exhibitum esse tempora plenitudinis τε πληρώματος, ut loquitur Apostolus.

Si Traditiones non scriptæ non sunt minus re- Arg. 8. ad
tinenda quam Scriptura (ut Pontificij voluntate) uer. Tra-
ergo est credendum eadem fidei πληροφορίᾳ scri-
ptis veterum Doctōrū qua scriptis Propheticis
& Apostolicis credimus.

Consequens est falsum.

Falsum igitur & antecedēs, & vi consequētiae, Traditiones non scriptæ in causa fidei non sunt recipienda.

Connexi hypothetici consequentia sic explicatur. Quoties Pontificij nobis propo-
nunt humanas traditiones, quas illi vocant Apostolicas, nos Apostolicas esse pernega-
mus. Tum illi Tertullianum, Irenēum, & in primis Clementem nescio quem citant qui nuper e monachorum tenebris emersit. Isti omnes Doctores (inquit Pontificij) affir-
mant hasce traditiones esse Apostolicas. Certè si huiusmodi traditiones nō sunt mi-
nus retinēdæ quam Scriptura, sequitur eādem fidei constantia credendum esse, traditiones illas esse Apostolicas, qua credimus Scripturam sacram fuisse dictante Spiritu sancto conscriptam. Quod si ita est, rursus

D. j.

sequitur, Tertulliani, Irenæi & Clementis &c. scriptis æquè esse credendum, ac scriptis Propheticis & Apostolicis. Fac enim ut quis me roget: quamobrem credam Apostolos viua voce tradidisse, Christū pro salute nostra fuisse crucifixum. Respondebo me id credere quandoquidem id Apostoli ipsi & Euangeliæ scripsierunt. Quod si vicissim rogem Pontificios, quamobrem credant Apostolos viua voce ea tradidisse quæ ad ipsorum Missam pertinent: tum respondebunt se id credere quandoquidem id veteres aliquot Doctores scriptum reliquerunt. Itaque ego inde colligo Pontificios eadem fidei πληροφοριας credere veterum Doctorum scriptis qua credendum est. Propheticis & Apostolicis. Nondum dispiuto de ipsorum veterum sententia, de qua suo loco: sed volui tantum consequentiā superioris connexi reddere dilucidiorē.

Assumptum patet. Quis enim vñquam pius scripta veterum Doctorum cum scriptis Apostolicis exæquarit? imò ne ipsi quidem Pontificij id dicāt, nisi fortè obliti sint sui Canonis ex Augustino deprompti. vis autem consequentiæ quam addidimus, manifesta est: quemadmodum melius patebit ex sequenti argumento.

*Can. ego
solis.
Dist. 9.*

Arg. 9. ad uerf. Tra- Nullis traditionibus de quibus certò non cōstat certa fides adhiberi potest. Omnes traditio-
nies non scriptæ quas proferunt Pontificij suar-
eiusmo-

eiusmodi ut de iis certo non constet.

Quare nullis traditionibus non scriptis quas proferunt Pontificij certa fides adhuc potest. Et vi consequenti omnes ille traditiones in causa fidei reicienda sunt.

Maioris propositionis veritas lucet sua luce. *Expli-
tio Argu-
menti.*

Minor propositio probatur sequenti inductione.

Clemens Alexandrinus affirmat tanquam ex traditione Apostolica Apostolos paucis secreta quædā tradidisse, & citat hanc locum Pauli, 1. Cor. 2. Sapientiam loquimur inter perfectos. lib. 1. stro mat. lib. 5.

*Contra: Tertullianus refellit illum errorem præscri-
grauiissimis rationibus. & Irenæus ait hanc fuisse
se veterum hereticorum sententiam, ac respon-
det ad illum locum Pauli quem corrumpebant.* lib. 13. c. 2.

Canonem Missæ plerique ad Apostolos referunt.

Contrà, Hieronymus & aliquot alij veteres dicunt Apostolos fuisse contentos oratione Domini.

Epiphanius ait Apostolos indixisse ieiunium diebus Iouis & Veneris per totum annum: & in quadragesima vtendum esse ζερφωνια, adeo- que pane, sale & aqua tantummodo. Aduers. hæret. Epilog.

Contrà, Augustinus: *Quibus diebus sit ie-
junandum (inquit) nec à Domino nec ab Apo-
stolis definitum est. & Ireneum apud Eusebium Epist. 86.
ait illud ieiunium variè fuisse olim usurpatū, 1.5. c. 26.
quum alij diem unū, alij duos, alij plures iei-*

narent, nec vocat traditionem Apostolicam, sed
own̄d̄iaū n̄ḡb̄ ἀπλότητα & idiomātud̄, consuetudinē
ex simplicitate & priuato quodam instituto.

Lib. de ie Item Tertullianus cūm ad Montanum defe-
iunio. cisset, recēsens Catholicorum obiectiones aduer-
sus Mōtanistās: Quōd, inquit, xerophagias ob-
seruēmus, & dicunt, abolitis legalibus ieunijs
de cetero indifferenter ieunandum ex arbitrio,
non ex imperio nouæ discipline, &c.

In illa controuersia de die Paschatis, quæ diu
veterem Ecclesiam exercuit: Occidentales Ec-
clesiæ, inquit Socrates, referebant suum institu-
Lib. 5. c. tum ad Petrum & Paulum: Orientales autem
22. ad alios Apostolos: sed neutra pars proferebat
certam & scriptam probationē ιχθυον ἀπόδει-
ζει. Itaque existimo fuisse consuetudinem, &c.

Tertullianus ait ex traditione Apostolica
Aduers. in Baptismo lac & mel in os infundi solitum.
Marc. l. i. Hieronymus autem meminit vini non mellis, &
& de cor. mi- vocat morem.

lit. Contrā, ne ipsi quidem Pontificij ritus illos
In. 55. c. obseruant, scilicet obseruaturi siquidem Aposto-
El. & co- tr. Luci- licas esse tradiciones existimarent.

fer. Tertullianus cōmemorat oblationē pro nata-
Vbi sup. litis inter eos ritus quos ait ab Apostolis fluxis
sc. Contrā, post Nicenam Synodū Ecclesia mo-
rem illū repudianit, quōd paganismū redoleret.

Tert. vbi Plerique veteres hec ad Apostolica institu-
sup. ta referebant, Nefas esse die dominico de geni-
culis adorare, Nefas esse caput fertis & floribus
coronare, & multa eiusmodi.

Contrā

Contra, Ne ipsi quidem Pontificij tale aliquid obseruandum existimant, quippe qui statuarum collo & capiti corollas apponunt, &c. Ser. de Cyprianus testis est, olim infantib. Euchari- lapf. stiam porrigi solitam.

Contra, Ne ipsi quidem Pontificij id faciendum existimant.

Irenaeus ex traditione ait Christum fuisse passum anno propè quinquagesimo.

Contra, Hoc Ecclesia constanter repudiavit. In Can. Clemens suos canones refert ad Apostolos Apost. authores. C. Cano-
nes. dist. 16. Ibid. C. pla-
Deinde Zepherinus Rom. Episcop. ex illis ca- cuit. Ibi.
nonibus recepit sexaginta. tādem sexta Synod.
cepit 85. &c.

Denique (ut sexcenta eiusmodi omittamus)
qua Pontificij referunt ad Apostolos historie alijs tribuunt, ut quadragesimā Telephoro, &c.

Ex quibus patet Minoris nostræ propositionis veritas.

Si veteres heretici plerique quum ipsis ver- Arg. IO.
bum Dei deficeret, ad traditiones confugerunt aduersus
nomen Apostolorum clementias, & idem hodie ne- Tradicio-
faciunt Pontificij: certe hac in re sunt potius
cum hereticis quam cum orthodoxis numerādi.

Antecedens est verum.

Verum igitur & consequens.

Connexum hypotheticum satis patet.

Afflumptum ita probatur. Qui legales ce-

Explica-
tio argu-
menti.

D. iij.

remonias vrgebát, prætexebát traditionem
 Apostolicam, ut veteres testantur. Atque id
 A&t. 15. videtur significare Lucas in actis Aposto-
 24. licis. Adde quod dicit Paulus veteres hæreti
 2.Cor. II. cos ementiri solitos personam Apostolo-
 13. rum. Et alio in loco hortatur Thessalonici
 2.Thess. censes ne se à fide abduci patiantur: neque
 2.2. per sermonem, inquit, neque per epistolam
 tanquam ex nobis. Quæ quidem postrema
 verba non restringo ad epistolam sed refe-
 ro etiam ad sermonem. Nec enim dubium
 est quin illi hæretici ut sibi fidem concilia-
 rent, iactarent sè penumero se id quod do-
 cebant ab Apostolis audiuisse. Idem testa-
 Lib. 3. c. tur Irenæus: & Eusebius narrat quandam
 2. Papiam suos errores proposuisse, tanquam,
 Lib. 3. c. inquit, ex traditione non scripta in παραδί-
 vlt. οτις ἀγράφου. Ne quid dicam de Iudeis Cabal-
 listis, qui traditionem non scriptam ceu co-
 lumnam suffulciunt suis somniis: teste Elia
 in Thisbith. in rad. תְּרֵא. & נַרְבָּ.

Argu. II. Si traditiones quæ pugnant cum scriptis A-
 aduersus postolicis non sunt Apostolica, & Pontificiorum
 Tradit. traditiones sunt eiusmodi, certè Pontificiorum
 traditiones non sunt Apostolicae.

Antecedens est verum.

Verum igitur & consequens.

Explicat- Cōnxi hypothetici veritas satis est per-
 spicua, alioqui sequeretur Apostolos non
 menti, eo quo loquuti sunt Spiritu scripsisse, quod
 absit ut vel cogitemus.

Assumptum patebit inductione quam le-

ctores facile videbūt in Doctorum nostrorum scriptis, ex quibus constat ea Pōtificiorum dogmata quæ sunt inter nos controuersa, & quæ illi referunt ad traditiones Apostolorum non scriptas, cum ipsorum Apostolorum scriptis apertè pugnare. Atque omnino quocunque se vertant Pontificij, cogentur exigere sua dogmata ad scripta Apostolorum. Semper enim vrgebo superiorē hypothesin, dogmata illa si cum scriptis Apostolorum pugnant, non esse Apostolica. Si pugnare fateantur, vicimus: si negant, necesse erit euoluere scripta Apostolorum, ut ad ea exigi possint illa dogmata de quibus quæritur an pugnant cum scriptis Apostolicis, nec ne. Ex quo efficitur tandem Pontificiis post multos errores, ve- lint, nolint, esse in gyrum Scripturæ redeun- dum. Sed ne pluribus argumentis molesti sumus, superiores omnes rationes hoc uno ar- gumento comprehendamus.

*Si ex Pontificiorum sententia de tradi- Arg. 11.
tionibus non scriptis hi errores consequuntur: & summa
nempe, aliter in Ecclesia doceri quam Prophe- superiori
tae & Apostoli docuerint: Spiritum sanctum in argumen-
proponenda Scriptura non fuisse finē suum aſſe- torum ad
cutum: Apostolos omnia ad salutem necessaria, Traditiones
aut non debuisse scribere, aut noluisse, aut non nos-
potuisse: Scripturam veteris Testamenti esse no-
ni Testamenti Scriptura perfectiorem: Sacra
Biblia non respondere sua inscriptioni Al. 9. in n. 2*

(Squidē licet hominibus addere Diuinæ Alḡorū) sacram Scripturam post Christum exhibitam & post scripta Apostolorum non esse numeris omnibus absolutam: eandem fidem esse scriptis veterum adhibendam, quæ sacrae Scripture adhibetur: certam fidem esse iis rebus adhibendam, de quibus certò non constat: veterum hereticorum causam non parum sublevari qui eiusmodi traditionibus non scriptis nitebātur: denique Apostolos alio Spiritu fuisse Locutos quam quo scripserint. Si inquit, superiora absurdâ sententiam Pontificiorum de Traditionibus non scriptis consequuntur: certè Pontificiorum sententia de Traditionibus non scriptis est piis omnibus & orthodoxis ac verè Catholicis repudianda.

Antecedens est verum.

Quare verum quoque sit consequens necesse est.

Connexum hypotheticum negari non potest.

Assumptum patuit in superiori disputatione ~~arauendus in~~, qua Pōtificiorum sententiam cuerimus.

Quare sit iam finis huius tertij capitii ut ad diluendas Pontificiorum obiectiones progrediamur.

C A P.

CAP V T IIII.

Superior nostra disputatio sententiam Pontificiorum refutavit, & quasi digito commostravit errores varios, in quibus illos versari necesse est, dum pro suis traditionibus obstinate dicitat, quas illi non scriptas vocant: nos autem nec scriptas ab Apostolis, nec scribendas vñquam ab ipsis aliis fuisse constater affirmamus. Sed quia variis & *anamnēgīs* argumentis suam illi sententiam vestiunt, ut eius falsitatem obtegant, atque ita rudioribus imponant, opera & pretium facturi videmur, si ad omnia eorum argumenta, quae nobis videre licuit, respondeamus. Primum igitur discutiemus eorum obiectiones ex Sacris literis detortas. Deinde ad veterum quoque Doctorum testimonia, quae illi nobis obiiciunt, accedemus. Prima Pontificiorum obiectio est huiusmodi.

*Evangeli doctrina fuit non atramento, Obiectio
sed Spiritu Dei, non in tabulis lapideis, sed in
corde inscribenda. Ergo ad doctrinam viua vo-
ce ab Apostolis traditam recurrendum est, nec
hacendum præcise iis que ab ipsis Apostolis co-
scripta sunt.*

*Antecedens patet ex Ieremias. Hoc est fœ- Ier. 31.
dus quod paciscar cum domo Israel, Indam le-
ges meas menti eorum & cordi eorum inscribam,
Ego ipsis Deus & erunt mihi populus. Item ex*

1.Cor. 3. *Paulo: palam est, inquit, vos esse epistolā Christi subministratam à nobis, inscriptam, non atramento, sed Spiritu Dei vini, nō in tabulis lapideis, sed in carneis tabulis cordis.*

Resp. *Vt ordine respondeamus, primū nobis excutiendum est Antecedens, tum ad Consequens deueniendum: atque hunc ordinē deinceps seruabimus, ad iuuandā lectorum memoriam.*

Heb.8. *Expono igitur Antecedēs, de quo video non satis conuenire, ne inter ipsos quidem Scholasticos Pontificios. Cūm enim Apostolus ad Hebræos, vt constituat discrimen inter vetus & nouum Testamentum, proferat locum superiorem Ieremiæ, quæsitum est inter Scholasticos, quidnam sit causæ quamobrem Euāgelium dicatur menti inscribendum. Quidam afferunt hanc rationem, quòd gratia Dei non sit scriptibilis (vt loquūtur) qua in sententia est Thomas ille quem Scholasticorum & Quæstionariorum Regē vulgò salutant. Alij malūt id esse causæ: quod doctrina Legis cœpit à Scriptura (statim enim propositæ fuerunt Legis tabulæ) at Euangeliæ doctrina cœpit à prædicatione cùm Christi, tum Apostolorum, quam controversiam (ne vagemur extra cancellos nostri instituti) videāt lectors apud Lyranum in 8.cap.Ep. ad Hebr.10. Quantūm igitur attinet ad superiorem obiectiōnem, dicimus neque Ieremiam, neque Paulum*

Ium negare scripturam noui Testamenti,
sed agere de sancti Spiritus efficacitate &
spiritualibus donis, quæ longè maiora exti-
terunt noui Testamēti tēporibus, quām an-
tea, iuxta Prophetiā Iocelis, Petro interpre-
te apud Lucam. Quare loci illi sunt intelli-
gendi per comparationem, alioqui seque-
retur Legem Dei nō fuisse inscriptam pio-
rum animis sub veteri Testamento, quod ta-
men secus esse docent sequentes loci. Audi-
te me qui nostis iustitiam: populus in cuius
corde lex mea est. Item: Lex Dei est in cor
de eius. Itēmque: Cor mundum crea in me
Deus, & rectum spiritum innoua in visce-
ribus meis. Adde: Dominus circuncidet cor
tuum, inquit Moses. Et apud Dauidem: In Deut. 30.
Lege Domini voluntas eius, & in ea totos
dies noctesq; meditatur. Et alibi Psaltes sæ-
pe testatur habere se legem Dei in animo
penitus insitam. Denique (vt multos cōsimi
les locos pretermittamus) quum Solomo Prou. 3.
præcepta ex lege Dei proponeret, iubebat
ea in tabulis cordis inscribenda.

Atque hæc de Antecedēte, vbi Pontificij
committunt errorem τὰ περὶ τὸ επόμενον.

Itaque nego Consequens, cuius varios er
rores sigillatim recensebo.

1. Error παρὰ τὸ επόμενον. Non n. sequitur: *Error superioris obiectionis nis.*
doctrina Legis fuit scripta in tabulis, ergo
doctrina Euāgelij nō est scripta. Itē: Euāge-
lū est scriptū ī corde, ergo nō est scriptū in

Iocel. 2.
Act. 2.

Esa. 51.

Psal. 37.

Psal. 51.

Psal. 119.

tabulis. ista nō sunt consecaria. Rursus nō
uo ratiocinandi modo, posita vniuersali af-
firmata inferunt negatam particularē. sic e-
nim illi: Deus scribit in animis piorum o-
mnem Euāgeliū doctrinam. Ergo quādam
ad Euāgeliū doctrinam pertinentia non
sunt scripta ab Apostolis. quodquidē con-
cludendi genus vel ipsi pueri exsibilarent,
sic enim procedat eorum argumentatio ne
cessē est. Nihil quōd scriptum est in corde,
scriptum est in tabulis. Omnis Euāgeliū
doctrina scripta est in corde. Nulla igitur
Euāgeliū doctrina scripta est in tabulis. Ma-
ior propositio falsa est.

Secundus error *παρὰ τὸ σκῆνη τῆς λέξεως. Cō-*
fundūt enim homonyma cum synonymis.
Scribere in tabulis, propriè dicitur: at scri-
bere in corde dicitur impropriè & *διεφύγεις*,
nempe metaphoricè atque per similitudi-
nem. Ex quo fit ut Paulus alio etiā loquen-
di genere vsus sit, quū ait ipsos Corinthios
essē Epistolā. Seruit enim argumento quod
in manibus habebat. Cūm enim pseud-A-
postoli influerent in Corinthiorū animos
per epistolas commēdatitias: Ego, inquit,
nihil opus habeo eiusmodi epistolis. Vos
ipsi estis mea epistola, quādoquidem in vo-
bis meus labor est conspicuus, meaque o-
pera in omnium oculis est posita. Nam o-
mnes vident, & vt ita dicam, legunt in vo-
bis doctrinam Christi, quam vobis annun-
tiaui.

tiaui. Summa est, Corinthios fuisse accuratè institutos ac veram Euangelij doctrinā p̄ceperisse, modò vt perseverent. Ex his igitur Apostoli verbis qui colligunt Apostolos non omnia ad salutem necessaria scripsisse, laborant profecto ~~apparatu~~ ~~laborato~~.

Tertius error, quod faciunt subordinata pugnare atque opponunt causam efficiētem causæ instrumentalī. Deus enim is est qui scribit Euangelium in corde: at Matthæus, Paulus & alij scripserunt in tabulis Euangelij doctrinam, cùm essent organa & instrumenta Spiritus sancti. Itaque Paulus in illo loco dicit Corinthios esse suam epistolam & epistolam Christi, subministratā, inquit, à nobis. Ecce, distinguit ministeriū suum ab efficacia Spiritus sancti. Quamobrem Pontificij ita concludunt, vt si quis dicat: Deus restituit ægrum illum in pristinam valetudinem: ergo nihil præscripsit medicus, nihil propinavit, nulla externa remedia adhibuit. Si valet hæc conclusio, vallebit & ista, Deus scribit Euangelium in mentibus, ergo Apostoli non scripserunt in tabulis totam Euangelij doctrinam.

Quartus error, quod illorum Consequens non satis conuenit cum Antecedente. Nam si in Antecedente, opponunt Scripturam inuisibilem Scripturæ visibili, certè volunt, vt una posita, non possit simul esse altera. (ad quod enim aliud oppositionis ge-

nus suam illam oppositionem referant, vt aliquid efficiant in conclusione?) At in cōsequente, pedem referunt & tantū dicunt quædam ad salutem necessaria non fuisse scripta. quum dicendum esset (siquidem ex arte ratiocinandi argumentarentur vt paulo antè dictum est) nulla ad salutem necessaria fuisse scripta. sed illos manifesta rei veritas hoc in loco deterruit. Atque vt videant quām sint infelices in hac sua oppositione, quero annon habeant fideles ea omnia scripta in corde quæ sūt scripta in tabulis ad fidem salutēmque necessaria? Certe. Sic enim Ioānes: hæc scripta sunt vt credatis & vitam æternam habeatis. Tantū igitur abest vt posita vna, tollatur altera, vt potius vna sit via ad alterā, nempe Scriptura visibilis Apostolorum ad Scripturam inuisibilem Spiritus sancti.

Absurda que sequuntur ex superiori obiectione.

Quintus error, παρὰ τὴν ἀγνοεῖν τοῦ ἐλέγουσιν, quia supponunt alia vocabula quām quæ à Paulo usurpata sunt. Sic enim Paulus, scripta, inquit, non atramento, sed Spiritu Dei. Loquitur enim de Scriptura inuisibili, nec propterea tollit visibilem Scripturam, teste illa ipsa epistola quam tum scribebat. At Pontificij longè aliter: non scripta in Tabulis, inquiunt, sed per manus tradita. quod quidem est longè à Pauli tum verbis, tum mente resilire.

Nunc istud Consequens Pontificiorum

et omnibus iugulumus absurdis & incommodis.

Si non est precise hærendum scriptis Apostolicis, quia Deus scribit Euangelium in animis piorum, sequeretur scripta Apostolica non esse prijs hominibus necessaria. Cùm enim (ut illi volunt) non omnia ad salutem necessaria scripta sint, quorsum Scriptura? quandoquidem omnia ad salutem necessaria Deus in animis piorum scribit. Nam hoc argumentum non potest concludere ex parte tantum aut enim uniuerso verum est, aut uniuerso falsum. Atque ita conuelleretur sacre Scripturae authoritas: quod absit.

Item, Si valet hoc Consequens, recurrendū esse etiā ad traditiones non scriptas, quia Deus scribit Euāgelium in animis suorum: sequeretur spiritualem Dei efficacitatem confundi cum visibili & externo Apostolorum ministerio, & traditiones viua voce propositas esse scripturam Dei invisibilēm, quam Sanctus spiritus imprimit in animis credentium. quod falsissimū est.

Item, Si rectè concluditur ex loco Ieremia non omnia que ad Euangelium pertinent esse scripta, eo quod Deus in nouo Testamento legē suam inscribit in animis piorum, cùm sub veteri Testamento esset scripta in tabulis: ergo, vi illius oppositionis, sequitur sub veteri Testamento Deum remisisse tantum peccata ex parte, & fuisse Deum Israelitarū ex parte tantum, quādoquidem addit Ieremias futurum, ut in nouo Testamento Deus remittat peccata populo suo

& sit ipsorum Deus. quod perabsurdum est & impudicum.

Retorque Denique retorqueamus hoc argumentum Pontificiorum in ipsorum caput atque ita dicamus.

Omnis Leges Dei scriptæ sunt in animis piorum: ut dicunt Pontificij ex locis supra cœtatis. Non atramento, inquit Paulus, sed Spiritu Dei.

Nulle Pontificiorum traditiones scriptæ sunt in animis piorum. Sunt enim atramento quidē scriptæ, sed non Spiritu Dei.

Quare nulla Pontificiorum traditiones sunt Leges Dei.

**Correclio
superioris
objectionis.** Ex quibus omnibus manifestum esse arbitror, quām ineptum, vel nullum potius sit argumentum istud Pontificiorum: quod ut corrigamus, dicendum est cum verbo Dei, Scripta Apostolorum & Euangelistarū continere illam ipsam doctrinam Euangelijs, quam Apostoli & Euangelistæ viua voce docuerunt, ac postea literis mandarunt: & quam Deus suo Spiritu in mentibus piorum inscribit. Et de hac quidem objectione hactenus. Pergunt illi hoc modo.

Obiect. 2. *Ecclesia Christiana totos viginti annos cœxit scriptis Apostolorum, nimirum eorum traditione contenta. Ergo scriptæ Apostolica non sunt preciè necessaria ad salutem, neque necesse est omnia ad Euangelijs doctrinam pertinentia in scriptis Apostolicis contineri.*

Antecedens

Antecedens paret ex lectione historiae.

Etsi nolo multum immorari in Antecep- *Reff.*
dente, neque de numero annorum hic di-
spoto: tamē velim lectores meminisse Chri-
stianam Ecclesiam ante scripta Apostolo-
rum non caruisse Scriptura. Imō Christum
ipsum & Apostolos docuisse Euangeliū
ex scriptis Propheticis, ut antē suo loco di-
ctum est. Quare istud Antecedens Pontifi-
ciorum, nihil aliud est quam fundamentum
in aqua positum, adeò ut stare non possit il-
la conclusio quam astruunt.

Nego igitur Consequens. Error est *me pā Error ob-*
re à γνώσει εἰλέγχει. Mutatur enim forma Pre- *iecl.*
dicationis, & fit transitus à præterito tem-
pore ad præsens & futurū. Ecclesia, inquis,
caruit scripto Euangelio. Fac ita esse (quan-
quam scripta Prophetica continent pro-
missiones Euangelicas, ita ut Apostoli illis
niterentur.) Adde etiam si velis scripta A-
postolica tum non fuisse præcisè necessaria.
Verū quid inde efficis? Non igitur nunc
sunt necessaria, aut in posterum non erunt?
Quis hoc concedat? Ratio differentiæ hæc
est: quod Apostolis fuit prius viua voce
prædicandum quam scriberet. Dum autem
Apostoli prædicabant Euangeliū, tum il-
la ipsa proponebant, quæ deinde literis man-
darunt. At postquam è viuis exesserunt, nec
iam possunt Ecclesiam viua voce institue-
re, certè corū scripta sūt nobis hodie æquæ

E.j.

necessaria ac olim fuit viuæ vocis prædicatione, cuius locum supplent.

Absurd. Abducamus *às àdūratorv*: Si valet illud Pontificiorum consequens, valebit & istud: Ecclesia Israelitica nō viginti, sed bis mille annos, aut eo amplius, caruit lege scripta: ergo nō fuit necessarium Ecclesiæ ut Lex scriberetur: aut, Lex scripta non continebat ea omnia quæ ad veteris Testamenti doctrinæ pertinebant. *àdūratorv*.

Retorqueatur obiec- Retorqueamus argumentum in Pontificios, hoc modo:

Elio. *Si Deus summè sapiens non passus est Ecclesiam Christianam diu carere scriptis Apostolicis, ut conseruandæ Euangelice veritati, & ipsius Ecclesiæ saluti consuleret: ergo illi homines sunt blasphemæ in prouidentiam Dei, qui negant ea omnia in scriptis Apostolicis contineri que ad doctrinam Euangely necessaria sunt.* Quorsum enim Deus summa sua prouidentia voluit Apostolos Euangelium viua vox annuntiatum scriptis consignare? Num ut semiplenam & imperfectam doctrinam traderent? Præterea si aliquando Ecclesia fuit contenta prædicatione Apostolorum, nempe primis illis temporibus, obsecro, cur non erit his temporibus contenta scriptis Apostolicis, quæ (vti diximus) subierūt locum ipsius Apostolicæ prædicationis, potius quam recurrat ad cōmentitias illas traditiones ab Apostolis non scriptas?

Quam-

Quamobrem argumentum Pontificiorū est ~~annuntiō~~: quod nos ita corrigamus. Correcțio
superioris
objecț.

Primis Ecclesiæ Christianæ tēporibus Apostoli freti scriptis Propheticis, primū omniū viua voce docuerunt Euangelij doctrinam ex ipsis Prophetarum scriptis. Deinde ne illa viuæ vocis prædicatio, vel ab hominibus corrupti, vel (quæ est humana infirmitas) eius memoria paulatim ex hominum animis effluere posset, ut sacram illam veritatem quam annuntiarāt nobis farta testāmque relinquerent, eam literarum monumentis, dictante Spiritu sancto, confignatum posteris tradiderunt.

Christus post resurrectionem per dies 40. cū obiect. Apostolis versatus, ea docuit quæ ad regnum Dei pertinent: nec constat ullis scriptis quanam illa sint quæ docuit. Ergo non omnia ad regnum Dei pertinentia ab Apostolis conscripta sunt: & quæ non extant petenda sunt ex traditionibus non scriptis ab Apostolis.

*Antecedens pater ex I. cap. Actorum, v. 3.
Admitto Antecedētis priorem partem, resp.*

nego posteriorem.

Nego itaq; Consequens. Error est, petitio principij. Vnde enim didicerunt, vel somniarunt potius, ea quæ tum Christus docuit non fuisse scripta ab Apostolis? Quinetiam manifestè refellitur istud Pontificiorum somnium ex Matth. 28, cap. Marc. 16. Luc. 24. Ioan. 20 & 21. qui omnes narrant ea

E.ij.

quæ Christus tū docuit. Ac nominatim testatur Lucas, Christū ea exposuisse quæ de se scripta erant: tantum abest ut ad traditiones ἀγάφης nos voluerit reuocare.

Absurd.

Abducamus ad incommodum. Si Christus post resurrectionē docuit ea omnia quæ pertinent ad regnum Dei (is enim videtur esse sensus verborum Luce τὰ περὶ τῆς βασιλείας τοῦ Ιησοῦ) & illa quæ tum docuit scripta non sunt ab Apostolis: ergo quæ scripta sunt ab Apostolis ad regnum Dei non pertinent. *adūvator ac blasphemum.*

*Retorq.
obiecit.*

Retorqueamus hoc modo. Si Apostoli plenè à Christo instituti & edociti in iis que ad regnum Dei pertinent, de ipso Dei regno, dictante Spiritu sancto scripsierunt: ergo plenè scripsierunt, nec aliquid omiserunt quod sit petendum ex traditionibus non scriptis.

*Correccio
superior.
obiecit.*

Vt igitur corrigamus illum errorem, dicamus Christum ut Apostolos constitueret perfectos Ecclesiæ Doctores, etiā post resurrectionem per quadraginta dies illis ea omnia inculcasse quæ ad Euangelicam doctrinam pertinebant. Nempe ut Apostoli ita instituti ipsam doctrinam non tantum viua voce annuntiarent, sed etiam mandarent literis ea omnia quæ ad regnum Dei & ad salutem Ecclesiæ pertinent.

Obiect. 4. Paulus fatetur se scripsisse ex parte. Ergo Paulus non omnia scripsit quæ sunt ad salutem Ecclesiæ necessaria.

*Antecedens patet Rom. 15. Andacius, inquit,
vobis*

vobis scripsi ex parte ἀνδρίπερς.

Expono Antecedens. Paulus ait se auda- *Reff.*
cius quadātenus Romanis scripsisse : πλην-
ρότερον ἀνδρίπερς. Et illud , quadātenus (quod
vetus interpres ad verbum conuertit, Ex
parte) non est coniungendum cum verbo
scripsi, sed cum particula, audacius, quod &
ipfa contextus series, & phrasis Græca satis
indicit. Alioqui dicendum fuerat , τὸ μερός.
similis phrasis extat, 2. Cor. 2. 5. Tristitiam
attulit quadātenus vobis omnibus.

Nego igitur Consequens. Est error tum *Error ob-
iectionis.*
μερά τὸ άνθρωπος τῆς λέξεως (vt ante dictū est) tum
μερά τὸ ιπομένον. Paulus nō omnia scripsit Ro-
manis: ergo Paulus non omnia scripsit. At-
enim multis aliis scripsit. Item istud Conse-
quens nō pertinet ad τὸ ίξέ αρχῆς. Paulus non
omnia scripsit, ergo non omnia ad salutem
necessaria in scriptis Apostolicis continen-
tur. *et non* & indignum longiore respon-
fione.

*Christus dixit Apostolis se multa habere di- Obiect. 5.
cenda que non poterant portare. Ergo Apostoli
non omnia ad salutem necessaria scripsierunt.*

*Antecedens continetur in Euangelio secun-
dum Ioannem, cap. 16.*

Expono Antecedens. Ac primū omnium *Reff.*
demiror Pōtificios ad eos scopulos nauem
allisisse, ad quos veteres hæretici naufragiū
fecerunt. Testis est enim Augustinus hæ- In Ioan.
reticos, locum illum Ioannis suis erroribus Tract. 97
E. iij.

prætexere solitos. Ipse autem tanta cum reverentia verba illa Christi tractauit, ut facile Pontificios à sua curiositate arceret:

In Ioan. siquidem cum audirent. Quis, inquit, no-
Tract. 96 strum dicat ea quæ Christus tacuit & dice-

re noluit? Quis nostrum hoc faciat in quo nec Prophetica nec Apostolica excellit authoritas? Hæc ille. Verum enim iā hæc querere desinat Augustinus. Tandem enim exorti sunt Pontificij qui ea quæ tum Christus reticuit fiderenter nobis recensēāt, quando missales ritus & suas eiusmodi nugas hominibus commēdant. Atque utinam existimarent nunquā à purissimo illo fonte suas traditiones, hoc est, errorū ac superstitionum colluuiem manare potuisse. Sed redeo ad illius loci expositionem quam ex illo i-

Ioan. 16. pso loco hauriemus. Sic enim Christus:

„ Multa habeo quæ vobis dicā, sed nunc non
„ potestis portare. At quum venerit Spiritus
„ ille veritatis deducet vos in omnem veri-

De præ-
scrip.
hær. tatem. Quare ut Tertulliani verba potius quām nostra usurpemus: dixerat planè aliquando Christus, Multa habeo vobis dicenda, &c. tamen adiiciens, quum venerit Spiritus veritatis, deducet vos in omnem veritatem: ostēdit illos nihil ignorasse, &c. Ex quo efficitur Apostolos omnia ad salutem necessaria docuisse: & (ut ait Tertull.) omnē ordinem regulæ omnibus edidisse. Itaque hic sibi vult Christus: Apostolos tum de-

mum

mum fore planè instructos, quum essent visibilibus & extraordinariis Spiritus sancti donis illustrati. Quod etiam facile colligitur Ioan.2.22.

Venio ad Consequens, in quo ne yllam Error ob-
quidem veri speciem reperio, nedum vin-
culum Theologicæ veritatis. Est error ~~παρὰ τὴν ἀγνοίαν τὸ εἰλιγχτόν~~. Non enim seruatur ea-
dem temporis ratio. Apostoli ante Christi
resurrectionem, & antequam accepissent
dona illa Spiritus sancti miraculosa, non po-
terat satis assequi illa omnia, quæ ad myste-
ria Christianæ religionis pertinēt: ergo A-
postoli illa ipsa mysteria ignorarunt etiam
post Christi resurrectionem, & post acce-
pta dona illa ~~περιμέτρῳ~~. Ineptū ratiocinan-
di genus. Multa Christus dicenda habuit:
ergo sunt illa quæ Pontificij somniarunt.
scilicet. Error ~~παρὰ τὸ ἐπειδόμενον~~. Vrgeamus i- Absurd:
stud consequens ~~παρὰ τὸ ἀδύτωτον~~. Si Apostoli non
omnia ad salutē necessaria scripserunt, eò quod,
ante resurrectionem Christi & Spiritum san-
ctū missum, non poterat portare multa quæ Chri-
stus dicenda habuit: sequeretur Apostolos
non fuisse deductos in omnem veritatem à San-
to spiritu postquam missus est. Falsum, ex ipso
loco Ioannis: deducet vos, inquit, in omnē ve-
ritatem. Item, sequeretur Paulum nunquā an-
nuntiasse omne consilium Dei. Quod item fal-
sum esse docet ipse Paulus, Act.20.27. &c. Rectorq.
Rectorqueamus argumentum. Si Apostoli obiect.
E.iiiij.

non omnia scripsérunt, eo quod non poterant omnia portare: certè nec omnia quidem viua voce tradiderunt. & vi consequentis ille locus Ioannis ad traditiones Apostolorum nō scriptas facere non potest. Dicent fortasse, illa salutis nostræ mysteria de quibus Christus Apostolos celatos voluit, fuisse cum Episcopis Romanis communicata: quod si ita est, certè Episcopi Romani non amplius dicendi sunt Apostolorum tantum successores, sed ipsis Apostolibus omnibus longe superiores, Quod absit ut credamus.

Corrigamus illum errorem hoc modo. Licet Apostoli ante misum Paracletum non essent satis capaces mysteriorum Dei quæ ad Euangelij doctrinam pertinēt: tamen misso Paracleto, postquam in omnem veritatem deducti sunt, certissimum est omnem veritatem quæ ad salutem nostram pertinet fuisse ab illis & viua voce traditam & literarum monumentis confignatam.

Paulus laudat Corinthios quod ipsius traditiones retineret. Ergo multa tradidit viua voce quæ non scripsit.

Antecedens patet. I. Cor. II. Laudo vos, inquit, quod omnia mea meministis & sicut traxi vobis traditiones retinetis.

Excutio Antecedens. Locum illum Pauli Chrysostomus & Ambrosius, nec nō aliquot ex doctissimis recentioribus, intellegunt

ligunt non de doctrina, sed de ritibus Ecclesiasticis. Alij fatentur quidem Paulum illic agere de quibusdam ritibus ad ordinē ac decorum pertinentibus: sed tamen nolunt hæc verba quæ nobis obiciuntur restringere ad illos ritus: eaque potius generaliter intelligunt, quia generaliter Paulus locutus est. Omnia, inquit, mea meministis ~~narrare~~. itēmque addunt, nomē ~~magistrorum~~ indefinitè usurpatum vix reperiri in scriptis Apostolicis restrictum ad solas traditiones de ordine Ecclesiæ ac de ritibus. Exponunt igitur Pauli sententiā hoc modo: Ea omnia quæ vos docui memoria teneatis: atque equidem eo nomine non parum vos laudo. Quia vero inter alia vobis quædam etiā tradidi de ordine & ritibus in vestris cœribus Ecclesiasticis obseruandis: & sunt quidam inter vos contentiosi quibus ea minus probantur, idcirco proferam rationes quibus aductus vobis illa tradidimus. Hæc illi. Verum utrouis modo locum intelligant Pontificij, certè nullum exitum habebit eorum conclusio. Nam si de solis ritibus illic agitur, est ergo locus ille extra orbem nostræ disputationis. Disputamus enim de iis quæ sunt ad salutē necessaria, non autem de ritibus qui mutantur pro variis circumstantiis. Si de doctrina velint etiam illic agi, nihilo plus efficient, ut nunc dicam.

Error ob- Nego igitur consequens. Paulus multa
iect. tradidit Corinthiis, ergo eorum quædam
non sunt scripta. Error ~~in pœtis & in orationibus.~~ Fa-
teor hoc imposuisse Theophylacto & ali-
quot aliis, sed profecto (quod piorum o-
mnium pace dixerim) offenderunt in via
plana & æquabili. Primum enim Paulus
tum scripsit illam ipsam traditionem de ri-
tibus de qua illic agit. Deinde licet nō scri-
psisset Corinthiis, potuit scribere aliis: de-
nique si non extarent illa in scriptis Pauli,
reperirentur in aliorum Apostolorum scri-
ptis. Cæterum, Imitatores mei estote, in-
quit, sicut & ego Christi. Nihil igitur tra-
dedit quod à Christo vel tantillum abhór-
reret, quod tamen faciunt Pontificij. Pro-
fero similes locos, quibus etiam Pontificij
abutuntur. Qui non incedit secundum tra-
ditionem quam accepit à nobis. tum se-
quitur illa ipsa traditio quam Paulus ad-
scribit. Item apud Lucam in Actis: Trade-
bant custodire dogmata ab Apostolis cō-
stituta. at illa dogmata iam tum scripta e-
rant, ut cōstat Act. 15. v. 23. 24. &c. Item in
hoc ipso cap. II. prior ad Cor. Accepi à Do-
mino quod tradidi vobis, & in ead. Ep. c.
15. v. 3. idē dicit. At illa omnia scripta sunt.
Quamobrē qui ita concludit: tradidit vi-
ua voce, ergo nō scripsit, is profecto nescit
quid sit rectè ratiocinari.

Absurd. Abducamus às àdūratv. Si ex eo quod Pan-
ius

Ius viua voce traditiones proposuit Corinthiis sequitur illas ipsas traditiones scriptas non esse: ergo traditiones de velandis mulieribus in cœtu Ecclesiastico, de prophetando aperto capite, & eiusmodi plerisque, scriptæ non sunt. quod falsum est, ex illo cap. II. &c.

Retorqueamus argumētum. Si traditio- <sup>R. tor. ob-
iecl.</sup>
nes de quibus illic Paulus disputat, nempe de prophetando aperto capite, itemque de velan-
dis mulieribus, ipsi Pontificij negligunt (quippe quorum Monachi concionantur capite non nudo sed cuculla obuoluto) quanto magis nobis licebit eas negligere traditiones quas Pontificij somniarunt absque verbo Dei, & illis nomine tantum Apostolorum pretexerunt?

Vt igitur corrigamus illum errorem, di- <sup>Correcō
superioris
objecō
niss.</sup>
cendum est Paulum in illa Ep. ad Cor. ea- rum rerum memoriam refricare quas viua voce tradiderat: quum nimirū perspectum haberet quanta sit humani ingenij incon-
stantia ac levitas. Ex quo efficitur nobis omnino hærendum esse scriptis Apo-
stolicis, ne nos hominum commenta ab Euangelica veritate abducant.

Inbet Paulus Thessalonicenses tenere tradi- ^{Obiecō. 7.}
tiones quas edocēti fuerāt, siue per sermonem, si-
ue per epistolam. Ergo Paulus non omnes tra-
ditiones ad fidem necessarias literis man-
danit.

Antecedens patet. 2. Thess. 2. v. 15.

Expono Antecedens. In his Pauli ver- ^{Roff.}

bis: siue per sermonem, siue per epistolam, particulam $\ddot{\alpha}$ præcisè volunt esse disiunctiam: quodquidem nō illis assentior. Nā
 1. Cor. 13. animaduerto in scriptis Apostolicis (de aliis nunc taceo) particulam illam repetitam
 8. 1. Cor. 15. copulare potius quām disiungere. profero locos: siue Prophetiæ abolebuntur siue linguæ cessabunt, &c. $\ddot{\alpha}$, id est & Prophetiæ abolebuntur & linguæ cessabunt, &c. Item ad Corinth. siue ego, siue illi, sic prædicamus. hoc est & ego & illi. Item: ad Coloss. Pacificans siue quæ in cælis sunt, siue quæ in
 Col. 1. 20. terris. Sic usurpatur $\mu\bar{n}\pi$ in hac epistola, eodē cap. v. 2. Quare perinde est acsi dicat, perstate in doctrina quam didicistis & nostro sermone quum corām essemus & postea nostris scriptis.

Error ob- Itaque nego Consequens. Errorem enim
 iect. admittit παρὰ τὸ χῆρας τῆς λέξεως, quemadmodum dixi. Item παρὰ τὸ περιόδον multis modis. Primum non est consecutarium, si Thessalonicenses edocti sunt & per sermonem, & per epistolam, alia fuisse per sermonem illis, alia per epistolam tradita. Deinde, fac alia fuisse tradita, nihil vetat illa ipsa, si non in epistolis ad Thessalonicenses, certè in aliis epistolis esse scripta. Denique, fac Paulum nusquam illa scripsisse, non propterea sequitur illa non fuisse scripta ab aliis, ut de Baptismo, Cœna Domini, &c.

Alsfurd. Obruamus $\ddot{\alpha}$ dīvaria. Si verum est, ex hoc lo-
 quendi

quendi genere, siue per sermonem siue per epistolam, consequi Paulum non omnia ad salutem necessaria scripsisse: ergo vicissim sequitur Paulum non omnia ad salutem necessaria viua voce tradidisse. *ad ivarv, & falsum ut patet ex his locis:* electi estis ad salutem per sanctificationem 1. Thess. Spiritus, & fidem veritatis ad quod vocati estis 2. 13. 14. per Euangelium nostrum, &c. Item, Non- Ibid. 5. ne meministis cum essem apud vos me hec vobis dixisse? Item, Scitis que mandata vobis dederimus, ut abstineatis a scortatione, &c. Item, Cupiebamus vobis impartiri, non tam *ut* 1. Thes. 2. Euangelium Dei, sed etiam nostras ipsorum animas. Et alibi tribuit illis πληροφοριας fidei ex 1. Thes. 1. predicatione viuae vocis. Ex quo referuntur Paulum omnia ad salutem necessaria Thessalonicensibus tradidisse. quod tamen contra esset, si quidem argumentum Pontificiorum valeret.

Retor queamus argumentum. Si Thessalonicenses plene instituti in religione Christiana, idque viua voce Apostoli, nihilominus fuerunt confirmandi ipsius Apostoli scriptis: quanto magis debemus habere scriptis Apostolicis, nos qui eorum sacris concionibus non interfui- mus, nec eorum viua voce frimus instituti?

Corrigendus est igitur Pontificiorum error, ut dicamus Paulum Thessalonicenses instituisse, non solum per sermonem sed etiam per epistolam, cum satis perspicueret quanti momenti essent sua scripta ad priorū fidem confirmandam. Adeò ut Scriptura sa-

*Correctio
super obie
ctionis.*

cra nobis magis magisque commēdata esse
debeat.

Obiect. 8. *Paulus precatus est ut videret faciē Thessalonicensiū, & ea que ipsorum fidei deerant cōpleret: ergo traditioni viue vocis multa reseruabat ad fidem salutēmque necessaria.*

Antecedens patet ex 1. Thess. 3.

Reſp. Expono Antecedēs. Plerique ex veteri-
In hunc bus locū illū intelligūt de doctrina. Chry-
lōc. Ibid. softomus refert ad doctrinam de resurre-
In 1. ad ctione mortuorum. Ambrosius ad doctrinā
Thess. hom. 3. de Trinitate. Quanquam parum sibi
videtur constare Chrysostomus. sic enim
ille: Non quasi vobis (inquit) quidquam fi-
dei desit, aut quicquam discere debeatis.
Et video hanc veterum sententiā aliquot
doctissimis recentioribus non displicere.
Alij verò exponunt nomen fidei de ipsa
1. Thes. 3. fidei constantia. Ut in eod. cap. Nisi vt co-
gnosceré fidem vestram, &c. Nituntur au-
tē his rationibus, 1. quod tribuatur Thessa-
lonicēsibus fidei πληρόφορα. vt antē dictum
3. Thes. 1. est. 2. Non dubium est quin Thessalonicen-
ses illi fuerint baptizati & idcirco plenē in-
stituti in religione Christiana. Multa affe-
runt argumenta eodem spectantia, ac præ-
fertim proferunt totum cap. 2. prior. ad
Thess. &c. Verūm eligant Pontificij vtram
velint interpretationem: nihil propterea
efficient.

Error ob-

¶ Et.

Nego igitur Consequens. Nam si fidei
nomen

nomen intelligitur de fidei constantia, error est in homonymia vocabuli. Si malint exponere de doctrina ipsa, error est *μηποτέπειρησθαι*. Non enim ita recte concluditur: Aliquid deerat fidei Thessalonicensium, ergo Paulus non omnia illis viua voce tradiderat: vel, ergo non omnia ad fidem necessaria scripta sunt ab Apostolis. Nam aliud est docere, aliud discere: & poterit esse *ιστιμωνα* in discipulo, quum non erit in doctore. Itaque dicebat Paulus, eadem repetere vobis tutum est, ac mihi quidem non molestem. Atque, ut redeamus ad Thessalonicenses, Nostis, inquit, quae præcepta vobis derimus, ut abstineatis à scortatione, &c. Sed, ut illud demus, certè non sequitur: Aliquid deerat fidei Thessalonicensium: ergo Paulus & reliqui Apostoli non omnia scripsierunt ad doctrinam Euangelij pertinentia. Illa, inquā, omnia nullo rationis vinculo astringuntur.

Abducamus ad incōmodum. *Si valet hoc argumentum Pontificiorum: Apostolos multa viua vocis traditioni reseruasse ad salutē Ecclesiæ necessaria, quia Paulus optauit videre factum Thessalonicensium, ut ea completeret quae ipsorum fidem deerant: sequitur Paulum esse omnes Apostolos, & Thessalonicenses uniuersam Ecclesiam. Absurdum.*

Retorqueamus argumentū. *Si Pōtificij in- Retor. ob-de probant suas traditiones quod Paulus opta- iact.*

rit videre faciem Thessalonicensium, ut illos corām, & vina voce plenē institueret: sequitur illud nihil ad nos pertinere qui Pauli faciē iam pridem videre non possumus. Atenim, dices, Veteres scripserunt quānam sint illa quā Paulus corām docuit. Ego verò (ut taceam falsum id esse) ita respondeo. Si scribenda illa fuerunt, cur Paulus ipse non scripsit? Si non scribenda, cur veteres scripserunt.

*Correttio
superioris
objectionis.* Ita igitur errorem illum corrigimus: Paulum optasse venire in conspectum Thessalonicensium, ut eorum fidem magis magis que confirmaret: cùm haberet perspectum quām sit efficax ipsius Doctoris præsentia. Iam quum hoc beneficio frui non possumus, nobis esse scriptis Apostolicis planè adh̄erendum, cāque tanti nobis esse facienda vt si Apostolos ipsos corām loquentes, vel potius vocem ipsius Christi in illis scriptis sonantem audiremus.

Obiect. 9. Paulus scripsit Corintiis se quum ad eos venerit reliqua esse dispositurum: ergo multa vina voci referuanit.

Antecedens patet, I. Cor. II.

Reff. Expono Antecedēs. Paulus enim non loquitur de fidei capitibus, sed tantūm de ordine Ecclesiastico. Nam ἀγαπημα (quo verbo vtitur) significat rem secundum ordinem traditum constituere, vt Tit. i. Cōstitutas presbyteros vt tibi mandauī ~~disseverans~~. Et actiuā voce: I. Cor. 16. de eleemosynis confe-

conferendis: quemadmodum mandaui dñe-
nu[m]. Loquitur autem de ordine in ea re ob-
seruando. Sic Galli dicunt ordonner.

Nego igitur Consequens. Error est ~~me~~-Error ob-
~~p[er] t[em]p[or]e o[cc]h[er]n[us] r[ati]o[n]is λέξεων~~, nam propria verbi si-
gnificatio aliud significat quam isti velint.
Itē, Error ~~me~~^{το} πα[re] τὸ ιπόθημα. Paulus voluit quæ-
dam inter Corinthios coram disponere: er
go noua dogmata fidei proponere. Item,
Paulus distulit quædam in aduentum suū
quæ proponeret Corinthiis, ergo illa nus-
quam scripta sunt. Item, ergo illa ipsa sunt
quæ Pontificij nobis obtrudunt tanquam
traditiones Apostolicas. Illa omnia sunt
inepta, falsa, ~~αρνητικα~~, aut iis etiam aliquid
peius.

Deducamus ad absurdum. Si verum est absurdum.
quod volent Pontificij, Paulum tum cum scri-
beret illam epistolam, non omnia tradidisse Co-
rinthiis quæ sunt ad fidem necessaria: sequere-
tur (quod absit) haec quæ sequuntur stare non pos-
se. Corinthios fuisse ditatos omni cognitione. I-
tem, Declaro vobis, inquit, Euangelium quod ^{1. Cor. 1.}
Euangelizari vobis, quod & accepistis, in quo ^{1. Cor. 15.}
etiam statim, per quod etiam seruamini. Item, in ^{2. Cor. 8.}
omnibus abundatis fide, sermone, cognitione, o-
mni studio. Item, Quid est, in quo fueritis infe- ^{2. Cor. 12.}
riores ceteris Ecclesiis? & pleraque eiusmodi.
Denique retorqueri potest & corrigi hoc
argumentum Pontificiorum, ut in superio-
ri argumento fecimus.

F.j.

Obiect. IO *Ioannes noluit multa scribere, ergo non omnia ad fidem necessaria scripta sunt.*

*Antecedens patet ex secunda & tertia Epist.
Ioan. Cum multa haberem vobis scribenda, non
lui per chartam & atramentum.*

Resp. *Admitto Antecedens.*

*Error ob-
iect.* *Nego Consequens. Error παρὰ τὸ εἰσόδημον,
hæc enim non sunt consentanea: Ioannes
multa habuit scribenda: ergo de fidei ca-
pitibus. Item: ergo illa nusquam alibi scri-
pta extant.*

Absurd. *Absursum hoc alioqui sequeretur. Si mu-
lier illa nō erat tunc planè instituta in Christia-
na religione: ergo non coherent que Ioannes di-
cit dum commendat illius mulieris fidem, & e-
ius liberorum quos ait in veritate incedere.*

*Retorqueatur, & corrigatur argumentū
ut suprà.*

Obiect. II *Præter illa quæ scripta sunt, alia multa fecit
Iesus, quæ si sigillatim scribātur, ne mūdus qui-
dem ipse caperet libros qui scriberentur, ergo nō
omnia ad fidem necessaria scripta sunt ab Apo-
stolis.*

Antecedens patet Ioan. cap. 21.

Resp. *Admitto Antecedens.*

*Error ob-
iect.* *Nego Consequens. Error παρὰ τὸν ἀγνοεῖ-
τον εἰλέγχον. Vagātur enim extra cācellos que-
stionis. Ioānes loquitur de miraculis à Chri-
sto editis, nos autem de fidei doctrina ad sa-
lutem necessaria. Sic enim Ioannes: Multa
fecit, inquit. Hæc igitur nullā habent con-
sequen-*

sequentiam. Omnia miracula quæ Christus fecit non sunt scripta: ergo omnia doctrinæ capita scripta non sunt.

Audiamus quemadmodum Pontificij se-
iplos iugulent suo gladio. Si Pontifices refe-
runt suas traditiones ad ea que dicit Ioannes
scripta non esse: ergo illæ traditiones sunt infini-
tæ, & vi consequentis sub scientiam non ca-
dunt. Et certè fateor eiusmodi traditiones
vsque ad excreuisse, ut iam eas mūdus fer-
re non possit.

Retorqueamus argumentum. Dicit qui-
dem Ioannes Christum multa alia fecisse que
scripta non sunt, sed idem affirmit ea que scri-
pta sunt eò spectare ut credamus, & vitam æ-
ternam habeamus. Ergo ea quæ scripta sunt, ad
vitam æternam sufficiunt.

Corrigatur error Pontificiorū hoc mo- Correcțio
do. Ex iis quæ fecit Christus alioquin infi- superioris
nit, Ioannes & reliqui Euangelistæ ea se- obiect.
legerunt quæ visa sunt necessaria. Ex quo
fit, ut Apostolicis scriptis contenti esse de-
beamus.

*Apostoli s̄epe citarunt testimonia sumpta ex Obiect. 12
traditionibus veterum, ergo non hærendum est
solis Scripturis.*

Antecedens patet. 2. Timoth. 3. Iannes &
Iambres restiterunt Moſi. Item Iud. ver. 9.
Michael Archægeli disputas de corpore Mo-
ſis, &c. Paulo post usurpat Prophetiam Enoch,
Ecce venit Dominus cū fætis millibus suis, &c.

Reff.

Act.17

Tit.1.

1.Cor.15.

Expono Antecedens. Fateor Apostolos aliquando usurpare quasdam sententias ex libris Apocryphis de promptas. Et quod ad Pauli locum attinet, non dubito illius temporibus extitisse librum aliquem de Magis illis Ianne, & Iambre. Nam Plinius lib.30: nat.histor.cap.1.recensem Iannen inter magos vetustissimos: quod non faceret nisi id ex aliquo libro didicisset. Amplius dico: ne ipsos quidem authores Ethnicon fuisse planè ab Apostolis repudiatos. Sic enim Paulus quedam citauit ex Arato & Epimenide. Sed affirmo Apostolos non propterea eiusmodi testimonii usos fuisse, ut inde caput aliquod fidei confirmarent. Nam ad eam rem semper adhibuerunt expressos locos petitos ex scriptis Propheticis, eosque afflatu Spiritus sancti exposuerunt. Sed quum proponerent doctrinam de moribus, aut aliquid proferrent, de quo vel nulli vel pauci dubitabant, tum si forte quidpiam occurreret ex Apocryphis, atque etiam ex ipsorum Ethnicorum libris, eos ab eiusmodi sententiis non ita abhorruisse, quin ad suum propositum accommodarent. Itaque noluerūt Apostoli tribuere tantam autoritatem illis sententiis, vt essent *avromagi*: absit ut id cogitemus: sed voluerunt ea ratione magis commouere animos hominum, vt facilius reciperent doctrinam, satis alioqui ex ipso Dei verbo confirmatam. Exempli gratia: Cōstat

ex

ex historia Mosis magos Ægyptios Moysi restitisse: ecquid refert quo nomine magi illi fuerint appellati? aut, possunt ne illa nomina ad caput aliquod fidei referri? Minime gentium. Item: Michael noluit impingere maledictum Diabolo, inquit Iudas: quare, multò minus debemus magistratib. à Dco institutis maledicere. Hæc Iudæ cohortatio ad obseruandos magistratus centies extat in sacris literis: nec dissimile est quod ait Pe 2.Pet. 1. trus, Angelos nō maledicere dignitatibus. Itēmque veniet Dominus ut repēdat mercedem improbis (inquit idem Iudas) quæ quidē comminatio passim occurrit in Scriptura. Quamobrem satis perspicuum est, quorū Apostoli quasdam sententias sint aliquando ex libris Apocryphis mutuati.

Itaque nego Cōsequens. Apostoli quædam usurparunt ex libris Apocryphis, ergo illa usurparunt ad confirmanda fidei dogmata. Item: Ergo debemus ad traditiones recurrere quoties agetur de fide, ac nos ipsa Scripturæ testimonia deficient. Falsum. Error est ~~την παρατελεθερον~~. Nam nec Apostoli usi sunt eiusmodi testimoniis ad dogmata confirmanda, & illa ipsa testimonia (si modo rem spectes) multis, expressisq; Scripturæ locis confirmantur. Quare videntur Pontificij obliiti quæstionis propositæ, dum hæc obiiciunt. Hoc enim quæritur inter nos. Vtrum, quum de fide agitur, standum sit so-

lis Scripturæ testimonii: an præter Scripturam addendæ sint etiam traditiones, quibus eadem fides quæ Scripturæ adhibeatur. Nihil autem tale reperias in illis testimoniis quæ Apostoli usurparunt, ut antè diximus. Ne dicam, non satis rectè ab Apostolis ad nos, in hac causa, argumentum duci.

Deducamus Pontificios ès àdūvator.

Absurd. Si, quia Apostoli quedam citarunt ex libris non canonicis: ideo sequitur Apostolos libris illis & similibus autoritatem in causa fidei tribuisse. Ergo quia Apostoli quidam citarunt ex libris Ethnicorū, sequetur Apostolos in causa fidei, autoritatem libris Ethnicorum tribuisse àdūvator & èstèpôdôzov.

Retorq. obiect. Retorqueamus obiectionem hoc modo.

Si Apostoli nunquam citarunt veterum traditiones, nisi ad illustranda ea que firmissimis Scripture testimoniis nituntur. Quanto minus debemus citare veterum traditiones ad ea probanda que Scripture testimoniis destituntur.

Correccio superioris obiect. Sic igitur corrigendus est error huius obiectionis, ut dicamus Apostolos cùm se ad captum hominum accommodarent, ut eos melius vel commouerent, vel conuincerent, usos aliquando fuisse libris Apocryphis, atque etiam Ethnicorum sententiis: nimirum cùm de iis rebus differerent, quarum veritas manifestè lucebat in Scriptura.

Obiect. 13 Hæretici scripta Pauli detorquebant etiam Apostolorum temporibus, & notum est hæreticos

cos atque adeo Satanam Scripturam suis erro-
ribus praetexuisse. Ergo solis Scripturis hæren-
dum non est.

*Antecedens patet, 2. Pet. 3. & ex historia Ec-
clesiastica, adde Matt. 4. Si Filius Dei es da te
præcipitem, Scriptum est enim, &c.*

Admitto Antecedens.

Nego Consequens, nec enim ita conclu-
dit Petrus: sed potius ad Pauli scripta reuo-
cat, nendum auocat. Error est *μη πά τὸ μὴ αἴνον
αἰς αἴνον*. Hæretici abutūtut Scriptura, & Scri-
pturam detorquent in alienos sensus: Ergo,
inquis, debemus aliò recurrere ad fidem sta-
biliendam. At Scriptura non est in culpa, so-
li homines in vitio sunt, qui rem illam præ-
stantissimam detorquent ad suos errores.
Quare tātum abest ut Scripturæ præsidium
deserendum sit propter hæreticos, ut potius
hæretici ex ipsa Scriptura coniuncti sint. *Error ob-
jectionis.* 2. Tim. 3.
quemadmodum suo loco ex Paulo diximus. Tit. 1.
Cūm autem Satan abuteretur Scriptura, vt
fidem Christi labefactaret, certè Christus
non confugit ad traditiones, sed illo ipso
Scripturæ telo, hostem iugulauit. Nam Sa-
tanæ obiiciēti, Scriptum est: Christus vicis- Matt. 4.
sim respondit: Scriptum est, nō autem, tra-
ditum est.

Abducamus ad incommodum. *Si quia Absurd.*
hæretici praetexunt Scripturam, solis Scripturis
hærendū nō est: certè quia hæretici praetexunt e-
tiam traditiones Apostolicas (vt supradocuimus
F. iiiij.

cum ex scriptis Apostolicis, tum ex Ireneo & Eusebio) solis traditionibus standū nō erit. Atque ita: Quandoquidem heretici abutuntur, & Scripturis & traditionibus, nec Scripturis, nec traditionibus hærendum erit, adūrāti, etiam ipsis Pontificiis assentientibus.

*Retorq.
obiecit.*

Retorqueamus argumentum. Si quemadmodum Satan aduersus Christum Scriptura abusus est, ita heretici aduersus Orthodoxos Scriptura abutuntur. Certe quemadmodū Christus sola Scriptura usus est ad Satanam repellendum, ita Orthodoxi sola Scriptura uti debent, ad hereticos repellendos.

*Correctio
superioris
obiecit.*

*Can. re-
latum.*

Diss. 37.

Sic ergo errorē istum corrigamus. Quandoquidem ea est hæreticorum prauitas, ut Scripturis sanctis abutantur: danda est opera ut Scripturis sua seruetur, & authoritas & puritas: quod si ex solis Scripturis hæretici conuincantur, & iij loci qui paulò obscuriores videbūtur, ab aliis faciliорibus lumen accipiant. Atque si nos minus audiant Pontificij saltem se ipsis attendant in quorum Decretis extat hæc sententia: ex ipsis Scripturis capiendum esse sensum veritatis.

Pædobaptismus nō reperitur in sacris literis: neque vocabula Trinitatis, οὐρανοί, persone, & aliquot alia: quæ tamen omnia ad fidei dogma pertinere. Ergo non omnia quæ ad fidem pertinent, in sacris literis reperiuntur.

Resp.

Antecedens patet ex ipsa Scriptura lectione. Expono Antecedens. Pædobaptismum hoc

hoc est, doctrinam de baptizandis infantibus in sacris literis non reperiri, falsum est: quemadmodum recentiores nostri Doctores scriptis luculentissimis docuerūt aduersus Catabaptistarum errores. Qua de re no lo h̄c longiorēm disputationem instituere, ne vagari videar extra metas propositæ quæstionis. Trinitatis autem, & personæ vocabula fateor non extare in scriptis Apostolicis: sed affirmo doctrinam eā, quæ illis vocabulis significatur esse, depromptā ex Scriptura. Q̄um autem exorti essent h̄retici qui negabant veritatem illius doctrinæ, tū p̄ij maiores nostri habita circunstanciarum ratione proposuerunt illa vocabula, quibus facilius & apertius explicarent doctrinam de Trinitate, quam expressis Scripturæ testimoniis confirmarant.

Nego igitur consequens. Error est ~~περὶ τὴν θεοτοκίαν~~ Error ob*jectionis*. Trinitatem, p̄dobaptis-
μον, non reperiri in sacris literis, di-
citur ~~περὶ τὴν θεοτοκίαν~~. Ipsa enim vocabula non repe-
riuntur, sed res significatæ illis vocabulis re-
periuntur. Fides autem Christiana non sita
est in vocabulis, sed in rebus: non in verbo-
rum foliis (dicebat Hieronymus) sed in radi-
ce rationis. Itaque fatetur Basilius se aduer-
sus h̄ereticos quædam vocabula etiam non
scripta usurpare: sed tamen, inquit, quæ à
sensu sanctis literis cōsentaneo, neutiquam
abhorrerent.

Tract. de
ver. ac
pia fid.

Absurd. Vrgeamus absurdō. Si quia Trinitatis persona, & eiusmodi vocabula nō extat in sacris literis, inde sequitur non omnia que ad fidem necessaria sunt, in sacris literis reperiri: ergo ipsa vocabula sunt ad fidem necessaria. Et ut consequentia, cūm iugos, & aliquot eiusmodi vocabula, fuerint tantum à maioribus nostris excogitata & proposita post exortum Arium: sequeretur Ecclesiam que Arium tempore præcessit, adeoque ipsos Apostolos, nō ea omnia que ad fidem sunt necessaria tenuisse: Absurdissimum & absurdorum.

*Retorq.
ebiēt.* Retorqueamus argumentum Pontificiorum hoc modo.

Sitanta fuit piorum maiorum religio, ut ne illum quidem vocabulum excogitarint in tractandis fidei dogmatibus, quod nō expressis Scriptura locis niteretur (ut constat ex Trinitatis, iugos, & persona vocabulis) quo loco habendi sunt Pontificij qui non vocabula modo, verum etiam res ipsas, à sacris literis penitus abhorrentes, excogitarunt.

*Correctio
superior.
obieet.* Itaque corrigamus errorem istius obiectionis: & dicamus licere, piis Ecclesiæ Doctoribus quedam vocabula proponere, quibus res in sacris literis contentæ melius ac facilius exprimantur.

Obiect. 15. Si non possumus ex parte Ecclesiæ credere, & ex parte non credere: & credimus Ecclesiæ affirmanti, Scripturam sacram fuisse à Spiritu Dei profectam: certè debemus quoque Ecclesiæ credere

dere, affirmati has vel illas traditiones, esse A-
postolicas.

Antecedens verum est.

Verum igitur & consequens.

Assumptum habet duo membra nobis si- *Reff.*
gillatim excutienda. In priori membro di-
stinguo nomen Ecclesiae. Nam Ecclesia illa *1. Tim. 3.*
quam Paulus vocat domum Dei, colunam
& firmamentum veritatis, quæ audit vocem
sponsi, & ab eius ore pēdet, ac semper regi-
tur à sancto Spiritu, videri non potest, quia
nullis locorum, temporum & personarum
circonstantii astringitur: credimus autem
eam Ecclesiam stare verbo Dei scripto, &
humanas traditiones reiicere. At Ecclesia vi-
sibilis hæc, & illa, vel multarum Ecclesiarum
visibilium Synodus, potest desciscere à veri-
tate: ut patet de Orientalibus Ecclesiis, qua-
rum pars maxima ad Mahumetum defecit:
ne mihi proferendæ sint veteres Synodi que
maximos errores comprobarunt & in Ec-
clesiam inuixerunt. De hac Ecclesia ita sta-
tuendū est: quādoquidē multis erroribus est
obnoxia, nō aliter audiendā eā esse, nisi cùm
ea dicit quæ sūt cōsentanea Scripturis. (qua
de re alibi à nobis copiosius disputatū est.)
Hic igitur nō habet locū quod dicitur non
posse nos ex parte credere, & ex parte nos
credere, quia tū credere debemus Ecclesiis
visibilibus cùm nihil aliud proponūt quam
verbū Dei: Cōtrà, nō debemus credere Ec-

clesiis visibilibus, cùm à verbo Dei recedat: Propono exemplum Synagogæ, quæ religiosè seruauit canonem Scripturæ, & nihilominus innumerabiles errores habuit. Itaque illi credendum fuit quum diceret libros canonicos fuisse à Spiritu Dei profectos. Rursus illi credendum nō fuit, quum Christi doctrinam reiiceret. Quamobrem Christus dicebat Scribas & Phariseos sedentes

Matt. 23. in cathedra Mosis esse audiendos, quorum Ib. ver. 16 tamen traditiones alibi reprehēdit. Ex quo Matt. 16. efficitur, illis fuisse & ea parte credendum, & ea parte non credendum. Assumptum igitur verum non est: ac propterea non tenet consequentia. Error παρὰ τὸ γῆγε τῆς λέξεως.

*Error ob-
jectionis.* Absurd. Abducamus ad incommodeum. Tertulliani temporibus Ecclesia dicebat oblationem pro natalitiis esse traditionem Apostolicam: at temporebus Nicene Synodi, Ecclesia dixit oblationem pro natalitiis non esse traditionem Apostolicam (ut suo loco probauimus.) Ergo si non possumus ex parte credere Ecclesie, & ex parte nō credere, nobis simul credenda erunt ea que sunt ἀνθρώπους opposita. *ad inv. v.*

Retor. ob-
iect.

Retorqueamus obiectionem hoc modo.

Quisquis dicit Scripturam esse verbū Dei cui nos credere oporteat, & simul recipiendas esse traditiones non scriptas, pugnantia dicit.

Pontificiorum Ecclesia dicit Scripturam esse verbum Dei cui credere oporteat, & simul recipiendas esse traditiones non scriptas.

Quare

Quare Ecclesia Pontificiorum pugnantia dicit, & vi consequentis necesse est illi ex parte credere, & ex parte non credere. Et si valet quod proponunt nos non posse Ecclesiam ex parte credere, & ex parte non credere, certè efficitur ex eorum argumento Pontificiorum, Ecclesiam non verè dici Ecclesiam.

Maioris propositionis veritas ita patet. *Expli-
cationis Sylla-
gismi.*
Si me iubes credere Scripturæ, certè credā nihil addendum esse Scripturæ, quia id non minatim cauetur in Scriptura, ut fūsi^o suprà Deut. 4. docuimus. Itaque laudatur hæc sententia Prou. 30. Tertulliani: Quū credimus, inquit, hoc primùm credimus, non esse quod ultra credere debeamus. Iam si sumas in manus traditiones istas Pontificiorum, facile videbis De Pra- script. eas non tantum esse addititias, sed etiā plenè contrarias expressis Scripturæ locis. Ita sit ut non possim credere Scripturę, & traditionibus Pontificiis.

Corrigendus est igitur error superioris *Correc-
tionis obiectionis in hunc modum. Cū solus superiores
sit Deus cui in solidum credere debeamus, obiec-
tio-
nis.
(si verè & propriè loquimur) diligenter nobis cauendum est, ne pietatis specie in errorem abducamur. Quia verò nomen Ecclesiæ speciosum est, si quid nobis proponitur Ecclesiæ nomine, debemus attentè considerare an sit vox veræ Ecclesiæ, nécne. Ut id possimus dignoscere, consulendum est verbum Dei, nobis in Scriptura propositum, à*

quo vera Ecclesia non deficit. Cùm autem Ecclesia nobis dicit Scripturam sacram esse verbum Dei, agnoscimus id esse verum, non tam quia Ecclesia affirmat, quàm interiori Spiritus sancti efficacitate, qua Scripturae veritas in animis nostris ob-signatur: & quemadmodum Ecclesia ductu Spiritus sancti, nobis dicit Scripturā esse verbum Dei: ita nos eiusdem Spiritus ductu, credimus id esse verū quod Ecclesia nobis dicit, ut fides nostra nunquam hominibus, semper autem solo Deo nitatur.

Obiect. 16. Apostoli legi addiderunt, nempe Euangelij doctrinam, ergo licet addere verbo Dei.

Reff. Expono Antecedens. Quanuis Euangelij doctrina sit plenior, & vberior scriptis veteris Testamenti, tamē si rem ipsam spectes, vtrobique eadem salutis doctrina continetur. Siquidem verum est quod ait Paulus, se nihil annuntiasse extra ea quæ Prophetæ & Moses prædixerunt. Et alibi Euangeliū fuisse promissum per Prophetas. Falso est igitur Apostolos Legi addidisse. Aliud est enim Legi addere, aliud, Legem exponere, & ad suum scopum referre. Profecrat enim aliquis syngraphū (vt hoc simile usurpemus) & solutione facta adscribat, huic syngraphæ fuisse satisfactum: obsecro, Isne dicendus fuerit syngraphæ addidisse? Ita cùm Apostoli testati sunt suis scriptis, Christum aduentu suo Legis Prophetarūmque promis-

Act. 26.

Rom. 1.

promissiones impleuisse, nec Legi, nec scriptis Propheticis addiderunt.

Porrò nego Consequens. Error, ~~magis rō~~ Error ob*iect.*
~~Quare rō~~ ut patet ex iis quæ dicta sunt.
 Adde quod non rectè procedit argumentū ab Apostolis ad alios homines. Fac enim Deū Legi suæ addere voluisse, & id factum fuisse Apostolorum ministerio, qui Spiritus Dei instinctu, afflatuque scripserunt: certè nihil propterea decederet huic interdicto, Nequid homines addant verbo Dei.

Quare cùm ex hac Pontificiorum rationatione sequeretur euersio præstantissimæ doctrinæ de similitudine veteris & novi Testamenti.

Corrigamus hunc errorem ex hac præclarâ sententia, quæ extat apud Iustinum Martyrem, in Interp. & Resp. Quid est Lex Euangeliū prænuntiatum. Quid est Euangeliū? Lex impleta. Ex quibus verbis satis constat Euangeliū non esse nouam doctrinam Legi additam: sed veteris propagationis nouam impletionem. Atque de obiectionibus Pontificiorum ex verbo Dei detortis sit iam satis à nobis disputatum.



CAPVT V.



Vandoquidem Pontificij satis agnoscunt quām infirma sint ea argumenta quæ aduersus Scripturā, ex ipsa Scriptura sibi vidētur depromplisse, tandem configiunt ad veterum Doctorum testimonia, quæ longa ac diffusa oratione nobis inculcare non desinūt, vt scilicet eorum aceruo nos obruant. Quare sequenti disputationi quædam videntur esse præmu nienda, vt facilius & Pontificiorum obiectiones, & nostræ respōsiones intelligi possint. Ut igitur bene prouisa & explorata principia ponantur, substernemus huic disputationi aliquot regulas quarum ope veterum sententias exponere, & vt Thesei fitio, ita earum ductu in multis ac variis veterum Doctorum scriptis, tanquam in labyrintho cōmodè, & tutò versari possimus.

vt veterum scriptis bene sententias exponere, & vt Thesei fitio, ita earum ductu in multis ac variis veterum Doctorum scriptis, tanquam in labyrintho cōmodè, & tutò versari possimus.

H A E C S I T I G I T V R
prima Regula.

1. Regula. Ad fidem nostram confirmandam veterum Doctorum scripta eatenac sunt recipienda, quatenus cum Sacris literis conueniunt.

*Confir-
matio.*

Quoniam hæc regula satis perse luceat, eorum præsertim oculis qui veritatem intuentur, quædam tamen subiiciemus ad illius

lius confirmationem. Siquis aliter vobis Gal. 1. euangelizat quam euangelizauimus, ana-
themā sit, inquit Paulus. Item, Denuntia 1. Tim. 3. ne diuersam doctrinam doceant μη ἐποδι-
δασκαλεῖν. Item, Obseruate dissidiorū auto- Rom. 16.
res prēter doctrinam quam vos didicistis, &
declinate ab eis. Item, si quis aliter docet 1. Tim. 6.
τεροδιδασκαλεῖ, is turget, nihil sciens, &c. Item, Heb. 13.
Doctrinis variis ac peregrinis ne circumfe-
ramini: & pleraque alia in hanc sententiā.
Ac ne fortē dicant Pontificij superiores lo-
cos esse de verbo tradito & non scripto in-
telligēdos, vt taceam quæ copiosius hac de-
re à nobis antea disputata sunt, hoc vnum
ex illis quæram: num existiment Aposto-
los aliquid viua voce tradidisse quod non
fuerit iis consentaneum quæ scripserunt:
negabūt certē. quare velint nolint huc sem-
per redeat necesse est, hanc nostram regu-
lam esse certissimam: veterum Doctorum
scripta haec tenus esse recipienda, quatenus
cum sacris literis conueniunt. Sed si vete-
res ipsos nobis assentientes audiant, in spē
venio nihil dubitationis reliquū fore quin
nobiscum superiorem regulam recipient.

Sic igitur Origenes, *Nobis necesse est Scri-* 1. Ierem.
pturas sanctas in testimonium vocare, sensus quip-
pe nostri & enarrationes sine his testimoniis non
habent fidem. Item, *Sicut omne aurum extra Matth.*
templum non est sanctificatum: sic omnis sen- hom. 25.
sus qui fuerit extra Scripturam non est sanctus.

G.j.

De præ- TERTULLIANVS. *Quid contrarium
script. he nobis in nostris? (loquitur autem de Sacris li-
teret.)* Item, *Quod sumus, hoc sunt.*

Ibidem. In ps. 95. CHRYSOSTOMVS. *Siquid dicitur abs-
que Scriptura, auditorum cogitatio claudicat.*

In ps. 86. HIERONYMVS. *Exceptis Apostolis, quod-
cunque postea dicetur, absindatur, non habeat
authoritatem.*

Ep. 48. ad VINCET. AVGUSTINVS. *Noli contra diuina te-
stimonia colligere calumnias ex Episcoporum
scriptis, ut Hilarij, Cypriani, &c. quia hoc ge-
nus literarum ab authoritate canonis distin-
guendum est. Non enim sic leguntur, ut contraria
sentire non liceat, sicuti fortè aliter senserint*

De vnit. De Eccle. C. 10. *quām veritas postulat. Item, Nec Catholicis
Episcopis consentiendum est, sicuti fallitur, ut
contraria canonicas Scripturas aliquid sentiant.*

Ep. 19. ad Hieron. Vide Au gust. cōt. Item, *Ego solis ijs Scripturarum libris qui iam
Canonici appellantur, didici hunc timorem ho-
norēmque deferre, ut nullum eorum authorum
scribendo aliquid errasse, firmissimè credam.*

Alios autem ita lego, ut quantalibet sanctitate
doctrinae prepolleant, non ideo verum putem,
quia ipsi ita senserunt, sed quia mihi vel per illos
autores Canonicos vel probabili ratione,
quod à vero non abhorreat, persuadere potue-
runt. Hac ille, que Pontificij postea in sua De-
creta retulerunt: adeò ut iam negare superiorē
regulam non possint, ne sua ipsi Decreta prodere
videantur.

Can. ego solis. R E-

Dist. 9. regulam non possint, ne sua ipsi Decreta prodere
videantur.

REGVLA SECVNDA.

Veteres Doctores s^apē nomine traditionis significāt ea dogmata quæ scriptis Apostolicis continentur.

Hanc regulam esse veram ex sequentibus Confir-
patebit.

IRENAEVS referēte Eusebio, Polycarpus Hist. Ec-
docuit, inquit, quæ ab Apostolis didicerat, quæ clef. l. 4.
& Ecclesia tradit & sola sunt vera. Hac ille: C.14.
tradit, hoc est, docet, nimirum ex scriptis Apo-
stolicis. Alioqui quomodo staret quod ait? Et
sola vera sunt. Quod etiam facile intelligitur Libro 5.
ex eodem Irenaeo, cuius verba refert Eusebius: C.20.
Polycarpus commemorabat, inquit, quæ audiue-
rat ab Apostol, omnia Sacris literis consenta-
nea, τὰ μαρτυρία τῶν γεράσιν. Idem Irenaeus Lib.3.c.3.
Eccl^{esi}a Romana scripsit Corinthiis annuntiās
illis eam traditionem quam ab Apostolis rece-
pisset: nempe unum esse Deum omnipotentem,
(& cetera quæ continentur in libris Mosis) Et Cap.4.
paulo post: Multi barbari sine Scriptura vete-
rem traditionem diligenter custodiunt, creden-
tes in unum Deum & in Christum qui natus
est ex Virgine, &c.

TERTULLIANVS. Apostolica traditio Contr.
nihil passa est circa Dei regulam, hoc est, illa Marc.l.1.
omnia quæ Apostoli docuerunt & literis
mandarunt.

REGVLA TERTIA.

Veteres s̄epe vocant traditionem non scriptam id, quod totidē verbis in Sacris literis non reperitur, sed tamen si rem ipsam spectes, extat in Scriptura.

Confirmatio. Sic Basilius ait se aduersus hæreticos v.
Tract. de Vera ac pta, sed tamen (inquit) quæ à sensu Sacris literis consentanea neutiquam abhorrent. *De Theol. or. 5.* Et Nazianzenus refellit Macedonianos, qui negabant deitatem Spiritus sancti, quod totidem verbis non extaret in Scriptura: & ait quædam esse in Scriptura & non dici. si dicis bis duo, inquit, dicam te dixisse qua-
De Bapt. tuor. Sic etiam Augustinus probat Pædocr̄t. Do baptismum esse in Scriptura, & Baptismum nat. l. 4. non esse iterandum. Idem dicendum est de c. 23. *Ib. lib. 2.* vocabulis ὁμογενεῖον, Trinitatis, Personæ, &c. c. 14. qua de re quædam à nobis in superiori capite dicta sunt.

REGVLA QVARTA.

Veteres s̄epiſſimè nomine Traditionis non significant Dogmata, sed ritus Ecclesiasticos, & ut magis commendent ordinem Ecclesiasticum, ritus

*ritus ipsos ad Apostolos authores
vulgò referunt.*

Quām varij fuerint ritus Ecclesiastici, *Confirmā*
quantōque studio veteres eiusmodi ritus tio.
commendarint, vt vias omnes Schismaticis
obstruerent, nihil attinet hīc speciatim cō-
memorare, quandoquidem his rebus libri
veterum abundant. Quare videant lecto-
res quid scripserit hac de re Augustinus in Epist. 118
duabus epistolis ad Ianuarium. Certè Hieronimus ordinem & ritus Ecclesiae ita cō- Ad Lu-
mendabat: Unaquaque, inquit, prouincia in- cium.
stituta maiorum, leges Apostolicas arbitretur:
quæquidem verba Hieronymi commodè
intelligēda sunt. Multa enim veterum in-
stituta proper varias circumstantias mutā-
da esse ne ipsi quidem Pōtificij negauerint:
nec æquum fuerit ritus Ecclesiasticos hac
in parte cum dogmatibus ipsis exæquare.
Itaque dicebat Tertullianus solam legem
fidei immutabilem permanere: & Hiero- Ad Lu-
nymus ipse monet obseruandas esse consti- cium.
tutiones Ecclesiae quæ, inquit, fidei non of-
ficiant.

REGVL A QVINTA.

Quidam ex veteribus, quim nœuos
quoque suos haberent, nimis in-
dulserunt eiusmodi traditionibus

G.iii.

non scriptis, ac propterea se aliquando ad hæreticos inclinarunt.

Confir-
matio.

Libro 3.
hist. Ec-
cles. cap.
vlt.

Supra ex Irenæo audiuimus veteres hæreticos suis erroribus traditiones non scriptas prætexuisse. Et narrat Eusebius de Pa-pia qui ~~magis~~ quædam in Ecclesiam inue- hebat, quasi illa essent ab Apostolis per ma-nus tradita: cuiusmodi fuit error Chiliastra-rum, in quem Tertullianus, Iustinus Mar-tyr, & aliquot alij lapsi sunt. Quare non si-ne iudicio legèdi sunt veterum Doctorum libri.

REGVL A SEXTA.

Multi libri nomina veterum enen-
tiuntur, quum tamen sint suppositi.

Confirma-
tio.

Factum est librariorum culpa, ut plerique libri falso præferant eorum Doctorum nomina quos in primis vetustas commen-dauit. Ut illæ rapsodiæ Clementi Pauli di-scipulo attributæ: vt liber de reuelatione ca-pitis Ioan. Bapt. Cypriani nomine honora-tus, cùm tamen illic fiat mentio Pipini Gal-lorum Regis. Ut denique mûltâ volumina in quibus Augustini nomē inscriptum est, vbi ipsius Augustini sententia refellitur: ne sexcenta ciuismodi mihi commemoranda sint. Quamobrem, quod aliquando Hiero-nymus dixit de libris Apocryphis, multò magis de veterum Doctorum libris dicen-dum

dum est: Caveat, inquit, omnia Apocrypha, & ad Latā.
siquando ea non ad dogmatum veritatem, sed
ad signorum reverentiam legere voluerit, sciat
non eorum esse, quorum titulis prænotatur, mul-
tāque his admixta vitiosa, & magna esse pru-
dentiæ aurum in luto querere. Hæc ille.

His igitur regulis substratis iam nobis
excutiendæ sunt Pontificiorum obiectio-
nes ex veterum Doctorum scriptis petitæ.

CLEMENS ALEXANDRI. Operarius Obiect. i.
qui in messem Domini emittitur, duplēm ha- Libro i.
bet agriculturam, ἀγραφον & ἔγραφον. Item, Strom. II.
ut Philosophi quedā arcana de suis dogmati- Ib. lib. 5.
bus tradiderunt, ita etiam Apostoli: ut ait Pau. i. Cor. 2.
lus, Sapientiam loquimur inter perfectos.

Respondeo. Authorem istum non satis Resp.
purè hanc quæstionem tractasse, & hunc
næum in eo facile deprehēdo ex ipsa Scri-
ptura. Sic enim Christus: Quod vobis dico Matt. 12.
in tenebris, palam annuntiate, & quod au-
ditis in aurem, prædicate super tecta, &c.
Quare fallitur Alexandrinus ille, dum my-
steria Christianæ religionis cum arcanis
Philosophicis commiscet. Et Irenæus ac Lib. 3. c. 2
Tertullianus testes sunt veteres hæreticos de præ-
in ea fuisse sententia quam Alexandrinus script.
proponit, adeo que abusos fuisse illis verbis Ibidem.
Pauli: sapiētiam loquimur inter perfectos,
Irenæus affirmat. Idem Clemens non du- Libro 6.
bitauit dicere Græcos fuisse per philoso- Strom.
phiam seruatos. Velim igitur lectores me-
G. iiiij.

minisse regulæ quintæ quā paulò antè proposuimus, ne veterum Doctorum nœui nobis imponant. Ceterū cùm duplicem constituit agriculturam, certè per agriculturam ἀγραφον non videtur eas traditiones intelligere voluisse. quæ pugnant cum sacris literis. Ecquis enim agricola, quod yna manu plantauit, alterā euellat? Itaque ne sic quidem Pontificiorum causa potest subleuari.

Obiect. 2. IRENAEVS. Cùm ad eam traditionem quæ est ab Apostolis pronocantur hæretici, que Lib. 3. c. 2 per successiones Presbyterorum custoditis in Ecclesiis, dicunt se Apostolis sapientiores. Itaque neque Scripturis, neque traditioni consentiunt.

Reff. Agebatur de vero Deo & Patre Domini nostri Iesu Christi quem hæretici illi negabant: qui quum vngeretur sacræ Scripturæ testimoniis, configiebant ad dogmata quædam per manus tradita. Rursus quum illis obiiceretur, doctrinam de vero Deo fuisse per manus quoque traditam, ita ut dubitari non posset, quin illa doctrina, quæ in Scriptis Apostolicis continetur, ab ipsis Apostolis manasset ad Ecclesiā Christianam: hic in blasphemiam impudentissimè prorumpabant. Quare nomine traditionis Ireneaus significat illa ipsa dogmata, quæ continentur in sacris literis, & in Ecclesia tranduntur, hoc est, annuntiantur, qua de re supra in secunda regula.

TER.

TERTULLIANVS. Si nulla Scriptura de- Obiect. 3.
 terminauit, certe consuetudo corroborauit, quæ de De co-
 traditione manauit. Et paulo post, harum disci- ron. mi-
 plinarum si legem expostules, Scripturam nul- lit.
 lam inuenies, traditio pretenditur auctrix, con-
 suetudo confirmatrix, fides obseruatrix.

Quærebatur an licet Christianis ca- Refr.
 put fertis coronare, quod vetere quodam
 instituto fuerat interdictum, nimirū pro-
 pter Gentiles qui coronati suis idolis sacri-
 ficabant. Non deerant autem qui dicerent
 hoc ornamenti genus esse ad�apopos, quod ve-
 hementer negat Tertullianus, quia videba-
 tur Christianam religionem prodere, quī
 hac in re cum idololatris communicabat.
 Profert igitur veterem consuetudinem ac
 traditionem, licet nominatim hoc interdi-
 ctum in Scriptura non extaret. Sed simul
 docet morem illum vetustissimum habere
 fundamentum in Scriptura. Vbi præsertim
 scandala omnia interdicuntur, & profert
 quod ait Paulus aduersus eos qui cum scan 1. Cor. 10
 dalo idolothytis vescebantur: & multa alia
 in hanc sententiam. Quare non hinc agitur
 de dogmatibus, sed de solis ritibus quos
 pro varia temporum ratione mutari posse,
 ne longè abeam, docet hic locus nobis ob-
 iectus. Iampridem enim & illud interdictū
 de coronis & fertis, & multa alia quæ ibidē
 recenset Tertullianus, inter Christianos
 obsoleuerunt. vide igitur reg. 3. & 4. supra.

At nostra disputatio de fidei dogmatibus instituta est.

Obiect. 4. BASIL. *Dogmata quædam sunt scripta, quædam ex Apostolorum traditione in mysterio & occulto tradita & recepta, quorum veraque param vim habent ad pietatem.*

De Spiritu sancto c. 27. *Resp.* Quum in Ecclesia cantari solitus esset hic versus, Gloria Patri & Filio cum Spiritu sancto: plerique ex Græcis (qui ut plurimum fuere in Spiritum sanctum iniquiores) hoc loquendi genus repudiabant, cum Spiritu sancto: ut ita Spiritus sancti Deitatem negarent. Hac de re longum sermonem instituit Basilius, & adductis Scripturæ testimoniis assertit Deitatem Spiritus sancti. Tum agnoscit quidem superius loquendi genus non reperiri in Scriptura totidem verbis, sed affirmat satis esse quod res ipsa de qua agebatur dilucidè extaret in Scriptura. Inde oblatâ occasione disserit de traditionibus non scriptis, & transit ad ipsos ritus Ecclesiasticos, inter quos recenset vetustissimum illum morem quo Christiani à Paschæ ad Pentecosten stantes adorabant. In hac igitur disputatione Basilius non dubitauit propone quod vulgo iactabatur de arcanis Apostolicis: ex quo sit ut Pontificij ex Basilius verbis nobis insultent. Verum enim uero ut agnosco ex animo bonitatem cause qua tum fretus erat Basilius, cum affirmabat Spiritum sanctum esse Deum, ita (quod tanti viri pace di-

ce dixerim) mihi videtur paulò curiosius aliena argumenta conquirere voluisse, quum veris ac propriis argumentis abundaret. Paf sim lucet in Scriptura Spiritus sancti Deitas: quorsum igitur Apostoli arcanae quafdam formulas ea de re in occulto (vt loquitur Basilius) & quasi in aurem certis hominibus tradidisse? obsecrò, ecquid erat in eo dogmate reticendum quod oportet in primis Christianos omnes profiteri? Porro vocare arcanum & occultum, quod tunc temporis in vniuerso propè terrarum orbe cantabatur, nescio an Basilio licuerit. Atque omnino quia commentum illud de arcanae Apostolicis fuit olim hæreticorum fundamentum (vt antè dictum est) neque iuuabat causam Basiliū alioqui firmissimis rationibus subnixam, optauerim ego Basiliū ab illo arguento (si argumentum dicendum est) abstinuisse: cùm non ineptè veteres monuerint, videndum, ne sint *πλέω πάρεγγα τὰς οὐρανούς*. Verùm, vt vt est, nihil hīc habent Pontificij quod glorientur. Nam cùm Basilius affirmat hoc loquendi genus, cum Spiritu sancto, fluxisse ex traditione Apostolica, nomine traditionis intelligit, id quod quamuis non totidem verbis extet in Scriptura, re ipsa tamen Scripturæ inest: de quo vide regulam 3. Quid quod ne ipsi quidem Pontificij in suis Ecclesiis hoc loquendi genus iampridem obseruarint? Nevrgeam quod

mos ille, quo veteres certo tempore stantes adorabant, in obliuionem abierit. Quare vi deant Pontificij quām dextrē nobis exponent hēc Basiliū verba. Vtrāque parem vim habent ad pietatem: ut ipsis cum Basilio cōueniat.

Obiect. 5. CHRYSOSTOMVS. Hinc patet quod non omnia per Epistolā tradiderint, sed multa etiā sine literis. Eadem verò fide digna sunt tam illa, quām ista. Itaque traditionem quoque Ecclesie fide dignam putamus. Traditio est, nihil de orth. quāras amplius.

fid.lib.4. cap.17. 2.Thes.2 Resp. *Hēc verba Pauli enarrās Chrysostomus; Tenete traditiones quas edocti estis, siue per sermonem siue per epistolam: hinc colligit non Paulum tātūm, sed etiam reliquos Apostolos non omnia per epistolas tradisse: quod quām sit consectorium in superiori capite exposuimus. Verūm ut illud omittamus(ne actūm agere videamur) dico Chrysostomum loqui de illis traditionibus quæ licet non sint scriptæ totidem verbis, tamen re ipsa insunt Scripturæ. Alioquin hēc verba Chrysostomi stare non possunt: traditio est, nihil quāras amplius. Sequetur enim nihil amplius querendum in Sacris literis: quod absit ut tanto viro vñquam in mentem venerit, qui lectionem Scripturæ identidem inculcabit. Itaque traditionem Ecclesiæ apud Chrysostomum intelligo, doctrinam illam quam Ecclesia scriptis Propheticis*

pheticis & Apostolicis edocta tradit, hoc est, docet & fundit quæcunque hausit ex p^{ri}missimis Scripturæ fontibus. qua de re, vide regulam. 2.

N A Z I A N Z E N V S. *Nouæ Legis doctrina* Obiect. 6.
in signior est propter Ecclesiæ figuræ qua stradi- In Julian,
tione acceptas in hunc usque diem seruauimus. or. I.

Locum hūc expono ut superiorem pro- Resp.
ximum, nempe de iis traditionibus quæ in-
sunt Scripturæ: ex regula 2. & 3. Nam si di-
cant Pontificij, nouum Testamentum esse
præstantius propter suam illam aquam be-
neditā, aut eiusmodi missales nugas, risum
profectō mouebunt, vel lachrymas potiūs
piis hominibus qui erga Dei cultum ex a-
nimō sunt affecti.

E P I P H A N I V S. *Oportet etiam traditione* Obiect. 7.
uti. Non enim omnia à diuina Scriptura acci- Hæref.
pi possunt. Quapropter quedam in Scripturis, 61. & 75.
quædam in traditione, sancti Apostoli tradi- aduersus
derunt. Arianos,
Resp.

Illic agit Epiphanius de quibusdam riti-
bus quos olim Christiani obseruabant (vi
in regula 4. dictum est) & multos recenset
qui propemodum omnes etiam inter ipsos
Pontificios iam pridem esse desierūt: vt hic
igitur non iam nobiscum, sed cum Epipha-
nio, & aliis quos nobis obiiciunt, litigent
Pontificij. Nam si illi vetustissimi ritus sunt
traditiones Apostolicæ, si parem cum Scri-
ptura vim habent, si cādem fide digni sunt

qua Scriptura, si cùm essent traditiones nihil quærēdum fuit amplius, si fides debuit esse earum traditionum obseruatrix (ut loquuntur illi veteres, quos Pontificij accersi sunt in suā causam) ecquānā hæc fuit audacia traditiones illas nō negligere modò, verumetiam multos iam annos situ & squalore obductas, procul ab Ecclesia, & ab hominum memoria reieciisse? Quid igitur facient traditionum aduersarij, si talia audent qui traditiones ipsas defendunt?

Obiect. 8. HYERONIMVS. Queris ubi scriptum sit?
In Actis Apostolicis, atque etiam si Scriptura authoritas non subesset, totius orbis in hac par-
Aduersus tem consensus, instar præcepti obtineret. Nam
Luciferian. & multa alia qua per traditionem in Ecclesiis obseruantur authoritatem sibi scriptæ Legis usurpauerūt: velut in Baptismo ter caput mergi- tare, lactis & mellis prægustare cōcordiam, &c.

Reſp. Agebatur de manuum impositione post Baptismum, ac propterea de Ecclesiasticis ritibus: qua de rē supra, in reg. 4. nos autem differimus de iis quæ sunt ad fidē salutēmque necessaria: in quibus si veteres illos ritus numeres, quidnam sunt responsuri Pon-
tificij, qui prægustationē lactis & mellis (cu-
ius meminit Hieronymus) non admittunt?
 At qui testatur Hieronymus, tum illā fuisse totius orbis consensu confirmatam, quæ nunc totius orbis consensu reiecta est.

AVGVSTINV S. De quibus nihil certi sta- tuit

tuit Scriptura, mos populorū vel instituta maiore Obiect. 9.
 rū pro Lege tenēda sunt. Itē, illa quæ nō scripta, Ad Casum
 sed tradita custodim⁹, quoquidē totū terrarū or- lanum
 be obseruātur, dāatur intelligi, vel ab ipsis Apo- epist. 86.
 stolis, vel plenariis Cōcilis (quorū est in Eccle Ad Ia-
 sia saluberrima authoritas) cōmendata & statu pist. 118.
 ta retineri: ut Domini Passio, resurrectio, &c.

Augustinus illic agit, nō de dogmatibus fidei, sed de ritibus Ecclesiasticis, de quibus admonuimus in reg. 4. Et certè quum sola Ref.
 conjectura ducatur Augustinus, ex eo satis patet nō ibi tractari de rebus ad fidem necessariis. Cæterū idem Augustinus in sequenti epist. conqueritur quod Scriptura neglecta omnia essent plena præsumptiōnibus, atque monet leui nos iugo fuisse à Christo subiectos: obsecro quid dicturus, si ingentem illam cæremoniarū molem vidisset, & traditionū onus A Etna grauius quo Pontificij iampridē Ecclesiā oppresserunt?

Possint fortassis alia eiusmodi nonnulla ex veteribus deprompta in medium proferri. Sed quorum solutio facile ex iis quæ à nobis dicta sunt intelligatur. Ac ne putet traditionum aduocati veteres Doctores ita cōmendassemus traditiones vt aliquid propterca detractum voluerint Scripturæ authoritatē: ecce huc se fstant illi ipsi veteres, &, nobis tacentibus, iam illi suis verbis exponant quid de Scriptura & de traditionibus non scriptis senserint: atque, si quod vulnus fece-

rint in superioribus obiectionibus , appo-
nant ipsi sua manu medicamentum : vt no-
bis tutò statuere liceat præstare sequi vete-
res Doctores cum Scriptura , quàm cum il-
lis ipsis Doctoribus à Scriptura aberranti-
bus(sicubi contingat) abduci à vero : quod
profectò venia potius dignum fuerit, quàm
imitatione.Iam igitur veteres Doctores au-
diamus.

CAP VT VI.

Aduers.
heret. 1.3
cap. 1.

RENAEVS. Apostoli Euange-
lium præconiauerunt, poste à ve-
rò per Dei voluntatem in Scri-
pturis nobis tradiderūt, funda-
mentū & columnam fidei nostre
futurū. Item: Oportet configurare ad Ecclesiam,
& eius sanguinem educari, & Dominicis Scripturis
enutriri. Plantatus est Ecclesiæ Paradisus in
hoc mundo. De omni ligno paradisi escas man-
ducabis, inquit Spiritus Dei : hoc est , de omni
Scriptura Dominica manducate.

De resur.
carnis.

TERTULLIANVS. Anfer hæreticis quo-
cum Ethnicis sapiunt , ut de Scripturis solis
questiones suasistant, & stare non poterunt.

Sic olim Tertullianus hæreticos refelle-
bat: at nunc hæretici habentur à Pôtificiis,
qui volunt de Scripturis solis suas quæstio-
nes sistere. Item, Nobis curiositate opus nō est
post Christum Iesum, nec inquisitione post Euau-
gelium.Cum credimus nihil desideramus ultra
crederē

credere, hoc enim primum credimus, nō esse quod ultra credere debeamus. Itē, doceat Hermogenes scriptū esse: si nō est scriptum, timeat vae il-
lud adiacentibus, aut detrahentibus, destinatū.

ORIGENES. Necesse nobis est Scripturas sanctas in testimonium vocare: Sensus quippe nostri & enarrationes sine his testimoniis, non habent fidem. In Terc.

IVSTINVS MARTYR. *Instinus confusus ad Scripturas, ut in omnibus tutus esset.* In Try-
giebat ad Scripturas, ut in omnibus tutus esset. phone.

ATHANASIVS. Sufficiunt sancta & di-
uinatus inspirata Scriptura, ad veritatis indica-
tionem. Contr. Idok.

HILARIYS. Bene habet ut ijs que scripta sunt contentissimus. De Tri-
nit. l.3.

CYRILLVS. Non omnia que fecit Domi-
nus scripta sunt, sed que scribentes putauerunt sufficere, tam ad mores quam ad dogmata. In Ioan. l.12, c.68.

CHRYSOSTOMVS. Siquid vel discere, In 2. Ti-
vel ignorare opus sit, in Scripturis discernimus. moth.
Item, Siquis eorum qui dicuntur habere Spi- hom.9.
ritum sanctum, dicat aliquid ex seipso, & non & oran-
ex Euangeliis, ne credite. Manes dicit quod do Spir.
Sol & Luna opifices sunt, ubi legisti hac? Ex
quo non legit hac scripta, sed a seipso loquitur,
manifestum est quod non habet Spiritum sanctum.

Item, Qui sunt in Christianitate, conferant se ad Scripturas, quia nulla alia probatio poterit esse vera Christianitatis, quam Scripture diuinae. In Matt. hom.49.

BASILIVS. Manifestissimum infidelitatis argumentum, signumque superbia certi-
ficatione ac pia fide. Tract. de H.j.

simus, si quis eorum quae scripta sunt aliquid vel
lit reycere, aut eorum quae non scripta sunt, in-
troducere, cum Dominus noster dicat: Oues-
mea vocem meam audiunt, alienum autem no-
sequuntur. Item, Quicquid vel dicimus, vel
In mora lib. Reg. facimus, id testimonio diuinarum literarum con-
26. firmari debet. Item, Apostolus sumpto ab ho-
Tract. de ver. ac minibus exemplo (Gal. 3) Vehementissime in-
terdit nequid eorum quae in Diuinis literis ha-
bentur, deleatur, aut, quod absit addatur.

Item, Si omne quod ex fide non est, pecca-
ral. Reg. tum est, fides autem ex auditu, auditus autem
80. per verbum Dei: sine dubio, cum quicquid ex-
tra diuinam Scripturam sit, ex fide non sit, id
Epist. 80. peccatum est. Item: Stetius arbitratu inspirata
à Deo Scripturæ, & apud quos inueniuntur dog-
mata Diuinis oraculis consona, illis omnis veri-
tatis adiudicetur sententia. Item: Eorum quo-
In Reg. breuior. apud nos in usus sunt, tā verborū quam rerū, a-
Interr. 1. lia distinctè tradita sunt in Scripturis, alia pre-
termissa: scripta, nullo modo omittenda sunt: de-
iis autem quae prætermissa sunt, regulam habe-
mus à Paulo traditam: Omnia mihi licent, sed
non omnia expedient.

In Mich. HIERONYMVS: Ecclesia Christi in toto
L.I.C.L. orbe Ecclesiæ possidens, Spiritus unitate coniun-
cta est, & habet urbes Legis, Prophetarum, E-
uangelij & Apostolorum: Non est egressa de si-
nibus suis, id est, de Scripturis sanctis. Item:
In Agg. Quæ absque authoritate & testimoniis Scriptu-
raru[m] quasi tradizione Apostolica sponte confir-
munt,

gunt, percutit gladius Dei. Itē, Quod de Scri- In Matt.
pturis authoritatem non habet, eadem facilita- c.23.
te contemnitur, qua probatur.

AUGVSTINVS. Nec ego Nicenum, nec Cōt. Ma
 tu debes Ariminense tanquam preindicaturus ximia.C
 proferre Concilium: nec ego huius authoritate, 3.c.14.
 nec tu illius detineris. Scripturarum cuthorita-
 tibus: res cum re, causa cum causa, ratio cum
 ratione concertet. Item, Canon Ecclesiasti- Contr.
 cus constitutus est ad quem Prophetarum & Cresc.
 Apostolorum libri pertinent, secundum quos de grāmat.
 cateris literis vel fidelium, vel infidelium iudi- lib.2.
 cemus. Item, Dominus nihil credi voluit ad- Cont.
 nuersus confirmatam Scripturarum authorita- Faust.
 tem. Item, Afferamus dininam stateram de Mam. I
 Scripturis sanctis & in illis quid sit granus ap- 13.c.5.
 pendamus. De Bapt. cont.Do

DAMASCENVS. Ut arbor plantata securus nat. lib.2
 decursus aquarum, sic anima irrigata diuina De orth.
 Scriptura, maturum affert fructum, fidem or- fid.lib.4.
 thodoxam. Item, Cuncta que tradita sunt c.18.
 per legem, per Prophetas, per Apostolos & E De orth.
 uangelistas suscipimus, cognoscimus, veneramus, fid. lib.1.
 nihil ultra illa perquirentes. cap.I.

Ac ne ipsos Scholasticos penitus negli-
 gere videamur.

SCOTVS. Patet quod Scriptura sufficien- In pro-
 ter continet doctrinam necessariam viatori. log. Lō-
 bard.

PETR. DE STILLIACO. Recurrentū quest.2.
 est ad solas Scripturas ut vitam eternam adi- In princ.
 piscamur. Sic Gratianus in sua decreta retulit in 4.sent.

*Can. ego sententiam Augustini, quam in superiori capitulo di-
stinct. 9. satis-
ter recensuimus, & sexcenta eiusmodi, ne logius
in illam syluam progrediamur.*

*Conclusio. Vt igitur hunc locum de obiectionibus
objicit, ex Pontificiorum, quas illi depromunt ex ve-
teribus Doct. terum scriptis, tandem aliquando conclu-
damus, eas omnes uno entymemate com-
prehendemus.*

*Veteres Ecclesiæ Doctores censuerunt, præter
Scripturam traditiones quoque non scriptas esse
recipiendas. Ergo non omnia que sunt ad fidem
salutemque necessaria in Scriptura continetur.*

*Resp. Expono Antecedens. Nam ex iis veterum
testimoniiis, quæ nunc audiuiimus satis est
perspicuum, veteres non uno tantum modo de Traditionibus scripsisse: ita ut veterum prius intelligenda fuerit, quæm nobis
obiicienda sententia. Sit igitur hæc summa
corum omnium quæ veteres Doctores, qui
præstantiores habentur, de Traditionibus
scriperunt. Ea omnia quæ tradita sunt Ecclesiæ, vel ad dogmata & mores, vel ad ritus
atque ordinem Ecclesiasticum, pertinere.*

*Quæ ad dogmata & mores pertinent in Scriptura contineri: nec obstat si quædam lo-
quendi genera ad faciliorem dogmatum ex-
plicationem usurpata non totidem verbis
in Scriptura reperiantur: modò res ipsa &
sensus illis verbis significatus extet in Scriptura. Quæ verò ad ritus & ordinem Eccle-
siæ pertinent, si sint cum Scripturis conser-
taneæ,*

tanea, si ædificationi Ecclesiæ seruant, de-
nique si communi Ecclesiæ consensu rece-
pta sint, esse magna cum reverentia obser-
vanda. Hanc esse veterum sententiam ex su-
perioribus satis arbitror esse manifestum.
Ex quo apparet Pontificios falsam hypothe-
sin sumpsisse.

Itaque nego consequens. Error est ^{τὸ παρόντες οὐκ εἰσί τοις λέξεως} Error ^{superioris}
^{τὸ παρόντες οὐκ εἰσί τοις λέξεως}, siquidem ratiocinantur ex ^{object.}
dictis veterum perperam intellectis. Alius
error, quod petunt principium, dum pro con-
fesso assumunt id, quod est in disquisitione
positum. Quæritur enim inter nos: an in
dogmatib^s fidei cōstituendis, sola Scriptu-
ra audienda sit, nēcne. At isti nobis propo-
nunt sententiam veterum Doctorum & ex
illa statuunt non solam Scripturam esse au-
diendam: videlicet oblii hoc ipsum inter
nos esse controuersum. Nam si hoc dogma
de quo disputamus statui potest ex veterum
scriptis, sequitur non solam Scripturam in-
statuendis fidei dogmatibus, esse audiendā.
Quare non satis recte Pontificij disputant,
^{τὸ ίδε ἀπόχει τοις λέξεως}.

Quare ita corrigēdus est error superio-
ris conclusionis. Quandoquidem omnium
veterum Doctorum scripta ad sacræ scriptu-
ræ normam exigenda sunt (ita iubente ver-
bo Dei, & ipsis veteribus facile assentien-
tibus) & veteres Ecclesiæ Doctores tradide-
runt, dogmata quidem fidei ex solis Scriptu-

Correctio
superioris
object.

ris esse statuenda, at ritus Ecclesiasticos, si
sint cum Scriptura consentanei, si ædifica-
tioni Ecclesiæ seruiant, denique si commu-
ni Ecclesiæ consensu recepti sint, esse ma-
gna cum reuerentia obseruandos: quæren-
dum est, vtrum hæc veterum sententia cum
sacris literis conueniat, vt eatenus recipia-
tur, quatenus firmamentum habebit in Scri-
ptura.

Quia vero de solis dogmatibus ad fidem
salutemque necessariis, nostra hæc instituta
est disputatio, ne videamur vagari extra
terminos propositæ quæstionis, hic sub-
sistimus, nec aggrediemur disputationem
de ritibus Ecclesiasticis: quam, si res postu-
larit, & Dominus concederit, in aliud tem-
pus differemus.

*Conclusio
totius di-
sputatio-
nis.*

Hæc habui quæ disputerē de verbo Dei
scripto aduersus humanas traditiones ex
doctissimorum hominum scriptis collecta:
atq; ex nostra methodo, theologicè simul,
& scholasticè tractata. Ex quibus omnibus
elucescit nostræ sententiæ veritas, superatis
errorum & falliarum tenebris, summo il-
lustrique loco ante omnium oculos consti-
tuta: sic enim sententiam nostram propo-
suimus, explicauimus, confirmauimus: ad-
uersariorum autem errorem refutauimus, &
eorum argumenta, cùm ex sacris literis, tum
ex scriptis veterum petita dissoluimus: vt o-
mnibus

mnibus pateat verissimum esse hoc dogma,
quod nostra, hoc est, ex verbo Dei refor-
mata, ac propterea orthodoxa, veréque Ca-
tholica Ecclesia profitetur.

*Omnia dogmata fidei Christianæ necessaria
in Scriptura sacra contineri.*

L A V S D E O .



A 1357492